Nr. 71. Hujus Epigrammatis non immemor fuit Blomfieldius in Gloss. in Choephoros v. 884.

Nr. 72. Ultimus versus est ex Odyss. ix. 34.

LXXIII.

ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Γλαῦκ' Ἐπικυδείδη, τὸ μὲν αὐτίκα κέρδιον οὕτω,
ὅρκῳ νικῆσαι καὶ χρήματα λῃΐσσασθαι.
ὄμνυ', ἐπεὶ θάνατός γε καὶ εὔορκον μένει ἄνδρα.
ἀλλ' Ὅρκου πάϊς ἐστὶν ἀνώνυμος, οὐδ' ἔπι χεῖρες
οὐδὲ πόδες· κραιπνὸς δὲ μετέρχεται, εἰσόκε πᾶσαν
συμμάρψας ὀλέσῃ γενεὴν, καὶ οἶκον ἅπαντα·
ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων.

LXXIV.

ΑΔΗΛΟΝ.

Ἀποφθέγματα τῶν ἑπτὰ σοφῶν.

Ἑπτὰ Σοφῶν ἐρέω κατ' ἔπος, πόλιν, οὔνομα, φωνή.
Μέτρον μὲν Κλεόβουλος ὁ Λίνδιος εἶπεν ἄριστον.
Χίλων δ' ἐν κοίλῃ Λακεδαίμονι, Γνῶθι σεαυτόν.
ὃς δὲ Κόρινθον ἔναιε, Χόλου κρατέειν, Περίανδρος.
Πιττακός, οὐδὲν ἄγαν, ὃς ἔην γένος ἐκ Μιτυλήνης.
Τέρμα δ' ὁρᾷν βιότοιο, Σόλων ἱεραῖς ἐν Ἀθήναις.
Τοὺς πλέονας κακίους δὲ Βίας ἀπέφηνε Πριηνεύς.
Ἐγγύην φεύγειν δὲ Θαλῆς Μιλήσιος ηὔδα.

Nr. 73. Hoc oraculum est ap. Herodot. vi. 86. Omnino conferendi sunt celeberrimi Juvenalis versus Sat. xiii. 199. sqq. V. 4. Ὅρκου πάϊς. Optime Gronovius *Horcon* instar numinis considerat, quem poetæ fingunt jurandi veluti exactorem et præsidem. Ὅρκου proinde παῖς aliquid posterum et consequens est, nimirum animadversio divina, quæ nec opinatis perjuris superveniens fractæ fidei pænas infligit. *Wesseling.* ad Herodot. l. c. V. 7. Hic versusd uctus est ex Hesiod. Ἐ. καὶ Ἡ. 283.

Nr. 74 Latinis numeris expressi hi versus leguntur ap. Hygin. Fab. ccxxi, unde eos Burmannus recepit in Anthol. Lat. T. i. p. 571. Similiter apopthegmata septem Sapientium versibus inclusit Ausonius p. 270. ed. Toll. *Jac.*

LXXV.

ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἁγνὸν χρὴ νηοῖο θυώδεος ἐντὸς ἰόντα
ἔμμεναι· ἁγνείη δ' ἐστι, φρονεῖν ὅσια.

LXXVI.

ΧΡΗΣΜΟΣ ΤΗΣ ΠΥΘΙΑΣ.

Ἱρὰ θεῶν ἀγαθοῖς ἀναπέπταται, οὐδὲ καθαρμῶν
χρειώ· τῆς ἀρετῆς ἥψατο οὐδὲν ἄγος.
ὅστις δ' οὐλοὸν ἦτορ, ἀπόστιχε· οὔποτε γὰρ σὴν
ψυχὴν ἐκνίψει σῶμα διαινόμενον.

LXXVII.

ΧΡΗΣΜΟΣ ΤΗΣ ΠΥΘΙΑΣ.

Ἁγνῶς εἰς τέμενος καθαροῦ, ξένε, δαίμονος ἔρχου
ψυχήν, νυμφαίου νάματος ἁψάμενος·
ὡς ἀγαθοῖς κεῖται βαιὴ λιβάς· ἄνδρα δὲ φαῦλον
οὐδ' ἂν ὁ πᾶς νίψαι νάμασιν Ὠκεανός.

Nr. LXXVII. V. 1. ἁγνὸς Vat. Cod. ἁγνῶς Dorvill.

Nr. 75. Hoc. Ep. est ap. Clement. Alexandr. Stromn. V. 1. 652. *Jac.*

Nr. 76. Bonis templa Deorum patere docet, nec lustrationibus iis opus esse; nam secundum Epicharmi dictum καθαρὸν τὸν νοῦν ἐὰν ἔχῃς, ἅπαν τὸ σῶμα καθαρὸς εἶ. V. 4. Cic. de Ll. ii. 10. "Animi labes nec diuturnitate vanescere, nec omnibus undis elui potest." *Jac.*

Nr. 77. V. 2. νυμφαῖον νᾶμα est *purum* et *limpidum*, quo sensu παρθένος πηγὴ occurrit ap. Æsch. Pers. 619. et παρθένιον φρέαρ in Hymn. Hom. in Cerer. 99. *Jac.* V. 3. Idem vir legendum suspicatur ἀρκεῖ ob antithesin. V. 4. νίψαι. Soph. Œd. T. 1227. οἶμαι γὰρ οὔτ' ἂν Ἴστρον οὔτε Φᾶσιν ἂν Νίψαι καθαρμῷ τήνδε τὴν στέγην ὅσα κεύθει. Notissimus est Shakspearii locus; "Will all great Neptune's ocean wash this blood clean from my hand?"

LXXVIII.

ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἂν περιλείφθῃ μικρὸν ἐν ἄγγεσιν ἡδέος οἴνου,
εἰς ὄξὺ τρέπεται τοῦτο τὸ λειπόμενον.
οὕτω ἀπαντλήσας τὸν ὅλον βίον, εἰς βαθὺ δ' ἐλθὼν
γῆρας ὁ πρεσβύτης, γίγνεται ὀξύχολός.

LXXIX.

ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Τὸν βίον, Ἡράκλειτε, πολὺ πλέον ἤπερ ὅτ' ἔζης,
δάκρυε· νῦν ὁ βίος ἐστ' ἐλεεινότερος.
Τὸν βίον ἄρτι γέλα, Δημόκριτε, τὸ πλέον ἢ πρίν.
νῦν ὁ βίος πάντων ἐστι γελοιότερος.
εἰς ὑμέας δὲ καὶ αὐτὸς ὁρῶν, τὸ μεταξὺ μεριμνῶ
πῶς ἅμα σοὶ κλαύσω, πῶς ἅμα σοί γελάσω.

LXXX.

ΑΔΗΛΟΝ.

Ὠκεῖαι χάριτες γλυκερώτεραι· ἢν δὲ βραδύνῃ,
πᾶσα χάρις κενεή, μηδὲ λέγοιτο χάρις.

Nr. 78. Scholiast. confert Antiphanis versus ap. Stobæum T. iii. p. 402. ed. Gaisford. *Σφόδρα τί ἐστιν ἡμῶν ὁ βίος οἴνῳ πφοσφέρης· Ὅτ' ἂν ᾖ τὸ λοιπὸν μικρὸν, ὄξος γίγνεται.*

Nr. 79. Seculum incusat poeta, quod et malis abundet, et stultorum longum proventum habeat. V. 6. Si vos respicio, vestrum morem imitaturus, in medio inter risum et lacrymas positus, nescio, quomodo utrumque simul facere possim. *Jac.*

Nr. 80. Similis argumenti Epigr. dicit Jacobsius, cui initium fuit Ἁ *χάρις ἁ βραδύπους ἄχαρις χάρις*, vertit Ausonius Ep. lxxxii. "Gratia quæ tarda est, ingrata est; gratia namque cum fieri properat, gratia grata magis." Nostrum ipsum fortasse sic expressit. "Si bene quid facias, facias cito; nam cito factum Gratum erit, ingratum gratia tarda facit."

LXXXI.

ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἀγρὸς Ἀχαιμενίδου γενόμην ποτέ, νῦν δὲ Μενίππου·
καὶ πάλιν ἐξ ἑτέρου βήσομαι εἰς ἕτερον.
καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔχειν μέ ποτ' ᾤετο, καὶ πάλιν οὗτος
οἴεται· εἰμὶ δ' ὅλως οὐδενός, ἀλλὰ Τύχης.

LXXXII.

ΑΔΗΛΟΝ.

Θησαυρὸς μέγας ἐστ' ἀγαθὸς φίλος, Ἡλιόδωρε,
τῷ καὶ τηρῆσαι τοῦτον ἐπισταμένῳ.

LXXXIII.

ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ὁ φθόνος ἐστὶ κάκιστος, ἔχει δέ τι καλὸν ἐν αὐτῷ.
τήκει γὰρ φθονερῶν ὄμματα καὶ κραδίην.

LXXXIV.

ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἦν νέος, ἀλλὰ πένης· νῦν γηρῶν πλούσιός εἰμι,
ὢ μόνος ἐκ πάντων οἰκτρὸς ἐν ἀμφοτέροις·
ὃς τότε μὲν χρῆσθαι δυνάμην, ὁπότ' οὐδὲ ἓν εἶχον·
νῦν δ' ὁπότε χρῆσθαι μὴ δύναμαι, τότ' ἔχω.

Nr. 81. Horat. II. Sat. ii. 133. "Nunc ager Umbreni sub nomine, nuper Ofelli Dictus erat; nulli proprius; sed cedit in usum Nunc mihi, nunc alii. Quocirca vivite fortes, Fortiaque adversis opponite pectora rebus."

Nr. 83. V. 2. *τήκει.* "Invidus alterius macrescit rebus opimis." Hor. I. Epist. ii. 57. *Jac.*

LXXXV.

ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἐκ πυρὸς Ἰλιακοῦ δοράτων μέσον ἥρπασεν ἥρως
Αἰνείας, ὅσιον παιδὶ βάρος, πατέρα.
ἔκλαγε δ' Ἀργείοις· μὴ ψαύετε. μικρὸν ἐς ἄρη
κέρδος ὁ γηραλέος, τῷ δὲ φέροντι μέγα.

LXXXVI.

ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς Ἀΐδην ἰθεῖα κατήλυσις, εἴτ' ἀπ' Ἀθηνῶν
στείχοις, εἴτε νέκυς νίσσεαι ἐκ Μερόης.
μὴ σέ γ' ἀνιάτω πάτρης ἄπο τῆλε θανόντα·
πάντοθεν εἷς ὁ φέρων εἰς Ἀΐδην ἄνεμος.

LXXXVII.

ΑΔΗΛΟΝ.

Πᾶς λόγος ἐστὶ μάταιος, ὁ μὴ τετελεσμένος ἔργῳ,
καὶ πᾶσα πρᾶξις τὸν λόγον ἔργον ἔχει.

LXXXVIII.

ΑΔΗΛΟΝ.

Πᾶν τὸ περιττὸν ἄκαιρον· ἐπεὶ λόγος ἐστὶ παλαιός,
ὡς καὶ τοῦ μέλιτος τὸ πλέον ἐστὶ χολή.

Nr. 85. In Ænean patrem flammis eripientem. Optimæ notæ carmen. V. 3. *ἔκλαγε.* alta voce clamavit. *Jac.*

Nr. 86. Sententia derivata ex dicto Aristippi, quod Teles servavit in libro de Exilio ap. Stobæ. xxxviii. p. 231. *τί γὰρ τὸ διάφορον, ἢ οὐ πανταχόθεν, φησὶν ὁ Ἀρίστιππος, ἴση καὶ ὁμοία ἡ εἰς ᾅδου ὁδός*; *Jac.* Cf. Tymnis Ep. nr. 469. atque ibi notata.

Nr. 87. V. 2. In omni actione ipsum factum pro ratione habendum est, i. e. rationem facti reddere videtur. *Jac.* V. 1. *τετελεσμένος.*—Homerus passim *τὸ δὲ καὶ τετελεσμένον ἔσται.*

Nr. 88. Sententia, qualis in trito proverbio, quo omne nimium in vitium verti dicitur. V. 2. *χολή.* Veteres mel bilem augere existimabant. *Jac.*

LXXXIX.

ΑΔΗΛΟΝ.

Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ εὐχομένοις καὶ ἀνεύκτοις
ἄμμι δίδου· τὰ δὲ λυγρὰ καὶ εὐχομένων ἀπερύκοις.

Nr. 89. Præclarum distichon ex Platon. Alcibiad. ii. p. 143. ubi Deos ab hominibus frustra incusari docet, tanquam malorum auctores, quæ tamen ex ipsa hominum stultitia proveniant. *Jac.* Juv. Sat. x. 346. "Nil ergo optabunt homines? Si consilium vis, Permittes ipsis expendere Numinibus, quid Conveniat nobis, rebusque sit utile nostris."

ΕΠΙΔΕΙΚΤΙΚΑ, ΠΡΟΤΡΕΠΤΙΚΑ, ΠΟΙΚΙΛΑ.

XC.

ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΟΣ.

Οὐ φίλος, ὃς κρητῆρι παρὰ πλέῳ οἰνοποτάζων
νείκεα καὶ πόλεμον δακρυόεντα λέγει·
ἀλλ' ὅστις Μουσέων τε καὶ ἀγλαὰ δῶρ' Ἀφροδίτης
συμμίσγων, ἐρατῆς μνήσκεται εὐφροσύνης.

XCI.

ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Ὅτε λάρνακι ἐν δαιδαλέᾳ ἄνεμος
βρέμῃ πνέων, κινηθεῖσά τε λίμνα,
δείματι ἔριπεν, οὔτ' ἀδιάντοισι παρειαῖς,
ἀμφί τε Περσεῖ βάλε φίλαν χέρα,
εἶπέν τε· ὦ τέκος,
οἷον ἔχω πόνον!
σὺ δ' ἀωτεῖς, γαλαθηνῷ τ' ἤτορι κνώσσεις
ἐν ἀτερπεῖ δώματι, χαλκεογόμφῳ τε,

Nr. 90. Servavit Athenæus L. xi. p. 463. A. In conviviis, tristium rerum memoria procul habita, uni lætitiæ operam esse dandam. *Jac.* V. 1. *οἰνοποτάζων* legitur ap. Hom. Il. *υ*. 84. et Odyss. *υ*. 262.

Nr. 91. In hoc fragmento servavi ordinem constitutum ab Hermanno de Metris p. 452.

Danae loquitur quam Acrisius simul cum Perseo cistæ inclusam fluctibus tradiderat. V. 1. *λάρνακα* cistam Danaes etiam Apollodorus vocat. Conf. Theocrit. Eid. vii. 84. *Jac.*

νυκτιλαμπεῖ, κυανέῳ τε δνόφῳ·
σὺ δ' αὐαλέαν ὕπερθε τεὰν κόμαν βαθεῖαν
παριόντος κύματος οὐκ ἀλέγεις,
οὔτ' ἀνέμου φθόγγων, πορφυρέᾳ
κείμενος ἐν χλανίδι πρόσωπον καλόν.
εἰ δέ τοι δεινὸν τό γε δεινὸν ἦν,
καί κεν ἐμῶν ῥημάτων
λεπτὸν ὑπεῖχες οὖας,
κέλομαι, εὖδε βρέφος,
εὑδέτω δὲ πόντος,
εὑδέτω ἄμετρον κακόν.
ματαιοβουλία δέ τις φάνειη,
Ζεῦ πάτερ, ἐκ σέο·
ὅτι δὴ θαρσαλέον ἔπος, εὔχομαι
τεκνόφι δίκας μοι.

XCII.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὑγιαίνειν μὲν ἄριστον ἀνδρὶ θνατῷ,
δεύτερον δὲ καλὸν φυὰν γενέσθαι,

V. 6, 7. "O fili, quantos ego cruciatus fero; at tu interea dulcem somnum carpis, et infanti animo stertis." ἀωτεῖν est ἀπανθίζεσθαι τὸν ὕπνον, quod vulgo dicimus *primum somnum dormire.* Homerus Od. κ. 548. Μηκέτι νῦν εὕδοντες ἀωτεῖτε γλυκὺν ὕπνον. *Casaub.* ad Athen. ix. p. 396.—ἀωτεῖς. ἀπανθίζεις. κοιμᾷ. Hesych. ubi Interpr.: ἀωτεῖς solum per se non potest significare κοιμᾷ *dormis;* sed addita voce ὕπνον.

V. 18—20. εὑδέτω. Theocrit. Eid. ii. 38. ἠνίδε σιγᾷ μεν πόντος, σιγῶντι τ' ἀῆται.—ματαιοβουλία. Consilia eorum qui me in hæc mala conjecerunt, per te, summe Jupiter, frustra cadant. *Jac.*

Nr. 92. Systema constat ex duobus Phalæceis Hendecasyllabis, choriambo dimetro, cujus in primo ordine est Anapæstus cum iambo, et versu composito e duobus ordinibus logaædicis, qui tertia arsi finiuntur, vel ut Hermannus censet, ex versu duos ordines habente, primum logaædicum qui tertia

τὸ τρίτον δὲ πλουτεῖν ἀδόλως,
καὶ τὸ τέταρτον ἡβᾷν μετὰ τῶν φίλων.

XCIII.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μίλωνος τόδ' ἄγαλμα καλοῦ καλόν, ὅς ποτε Πίσῃ
ἑπτάκι νικήσας, εἰς γόνατ' οὐκ ἔπεσεν.

XCIV.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πραξιτέλης ὃν ἔπασχε διηκρίβωσεν Ἔρωτα
ἐξ ἰδίης ἕλκων ἀρχέτυπον κραδίης,
Φρύνῃ μισθὸν ἐμεῖο διδοὺς ἐμέ· φίλτρα δὲ τίκτω
οὐκέτι τοξεύων, ἀλλ' ἀτενιζόμενος.

arsi finitur, alterum dactylicum duplicem. *Ilgen.* In primo versu ὑγιαίνειν trisyllaba est.

Sine auctoris nomine hoc scolium profert Athenæus. L. xv. p. 694. E. nec satis certum antiquitus ejus auctorem fuisse, apparet ex loco Anaxandridis comici ab eodem allati. ὁ δὲ σκόλιον εὑρὼν ἐκεῖνος, ὅστις ἦν, τὸ μὲν ὑγιαίνειν. *Jac.* V. 2. καλὸν φυάν. Grotius de ingenii dotibus accepit; sed Plato de corporis forma. Valcken. Animad. ad Ammon. p. 87. *decora pulchritudine gaudere* interpretatus est. Ac sane φυὴ Græci non tam de *ingenio* quam de *corporis conformatione et habitudine* usurpant. Cf. Homer. Intrpp. ad Il. α. 115. et Dammii Lex. Etymol. p. 2582. *Schweighæuser.* ad Athen. l. c.

Nr. 93. In Milonis statuam. Milo ex Simonidis æqualibus fuit; quippe qui primam palmam adeptus est Ol. LXII. In numero victoriarum discrepat Pausanias L. vi. 14. p. 486. qui sex numerat.—Quod de athleta, qui dejicitur, proprie usurpatur, εἰς γόνυ πίπτειν eleganter translatum est ad alia; ut πόλιν βάλλειν εἰς γόνυ dixit Herodot. v. 27. ubi vid. Intrpp. *Jac.*

Nr. 94. De hoc Praxitelis Amore quem inter præstantissima sua opera ipse censebat artifex vid. Pausan. i. 20. p. 46. V. 1—4. Hanc sententiam expressit Julian. Ep. nr. 785. Ipse Deus loquitur. Amor desiderio et cupidine implet pectora intuentium. ἀτενιζόμενος. Qui rectis oculis aliquid intuentur, ἀτενίζειν dicuntur. *Jac.* Vid. Athen. L. xiii. p. 591. et Huschke Anal. Crit. p. 70.

XCV.

ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΥ.

Ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω,
ὥσπερ Ἁρμόδιος κ' Ἀριστογείτων,
ὅτε τὸν τύραννον κτανέτην,
ἰσονόμους τ' Ἀθήνας ἐποιησάτην.

Φίλταθ' Ἁρμόδι', οὔ τι που τέθνηκας·
νήσοις δ' ἐν μακάρων σε φασὶν εἶναι,
ἵνα περ ποδώκης Ἀχιλεὺς,
Τυδείδην τε φασὶν Διομήδεα.

Ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω,
ὥσπερ Ἁρμόδιος κ' Ἀριστογείτων,
ὅτ' Ἀθηναίης ἐν θυσίαις
ἄνδρα τύραννον Ἵππαρχον ἐκαινέτην·

Ἀεὶ σφῶν κλέος ἔσσεται κατ' αἶαν,
φίλταθ' Ἁρμόδιος κ' Ἀριστόγειτων,

Nr. 95. Metrica ratio eadem est quæ ap. Simonidis nr. 92.

De Harmodii et Aristogitonis facto, notum est magnam dubitationem movisse, et de ipsius facti merito plurimum detraxisse gravissimos scriptores Thucyd. vi. 55. sqq. et Herodot. v. 55. Sed utcunque se habeant, illud satis constat, sequiore ætate *vulgo credidisse Athenienses tyrannum fuisse Hipparchum, eoque nomine ab Harmodio et Aristogitone occisum. Schweigh.* ad Athen. xv. p. 695.

V. 1. Ἐν *μύρτου*. Hinc apparet conjuratos tela abdidisse in myrti ramis, quos, qui Panathenaicis interessent, gestasse probabile est. Cf. Aristoph. Lysistr. 633. Hinc fortasse ductus est mos, ut qui in convivio cantaret scolion, myrti ramum manu teneret. *Jac.* V. 5. *οὐ τέθνηκας*. Cf. Ep. Incert. nr. 633. V. 6. *νήσοις δ' ἐν μακ.* Locus classicus, quem ante oculos habuit auctor scolii, est apud Hesiod. Ἐ. *καὶ* Ἡ. 164. et ap. Pind. Ol. ii. 123. ubi inter eos qui in beatorum insulas delati sunt, Achillem diserte commemorat. Idem vero Thebanus vates refert Diomedem a Minerva inter deos receptum. Nem. x. 11. De Achille etiam agit Plato Symp. T. x. Bip. p. 180. *Ilgen.*

ὅτι τὸν τύραννον κτάνετον,
ἰσονόμους τ' Ἀθήνας ἐποιήσατον.

XCVI.

ΥΒΡΙΟΥ ΤΟΥ ΚΡΗΤΟΣ.

Ἔστι μοι πλοῦτος, μέγα δόρυ
καὶ ξίφος καὶ τὸ καλὸν λαισήϊον, πρόβλημα χρωτός.
τούτῳ γὰρ ἀρῶ, τούτῳ θερίζω·
τούτῳ πατέω τὸν ἁδὺν οἶνον
ἀπ' ἀμπέλω, τούτῳ δεσπότας μνοίας κέκλημαι.
τοὶ δὲ μὴ τολμῶντες ἔχειν
δόρυ καὶ τὸ καλὸν λαισήϊον, πρόβλημα χρωτὸς,
πάντες ἐς γόνυ πεπτηότες ἐμοὶ, κυνέοντι
δεσπόταν, καὶ μέγαν βασιλέα φωνέοντι.

Nr. 96. In hoc carmine describendo pro duce habui Hermannum de Metris p. 338. Versus, secundum Ilgenium, sunt Ionici a majori, liberrimi generis et diversæ longitudinis.

Vir fortis et generosus, qui hic loquitur, omnes suas divitias in armis positas esse ait, quibus sibi omnia, quæ ad vitam sustentandam opus sint, comparet. V. 2, 3. λαισήϊα secundum Eustath. ad Il. μ. p. 874. 47. ex pellibus non mollitis, ἐξ ἀκατεργάστων βυρσῶν fiunt. Herodot. vii. 91. λαισήϊα εἶχον ἀντὶ ἀσπίδων, ὠμοβοΐης πεποιημένα.—V. 3. τούτῳ ἀρῶ. Horum armorum præsidio tutus, quæ alii labore parant, ipse possideo. His igitur aro, messem facio, vinum torqueo. In eundem sensum Archilochus ap. Athen. L. i. p. 30. F. ἐν δορὶ μέν μοι μᾶζα μεμαγμένη, ἐν δορὶ δ' οἶνος Ἰσμαρικός, πίνω δ' ἐν δορὶ κεκλιμένος. ἐν δορὶ est *hasta armatus*. *Jac.* V. 5. μνοίας.—μνῶα. δουλεία. Hesych. μνοία, οἰκετεία. *Id.* Hoc discrimen inter μνῶα et μνοία quod cum Hesychio statuit Casaubonus, veretur ne nullum sit Schweighæuser. ad Athen. vi. p. 263. F. qui μνῶα et μνοία idem esse nomen diversimode scriptum pronunciatumque asserit. δουλεία vero non modo *servitutem* significare, sed et *servitium, servos, servorum multitudinem,* haud secus ac οἰκετεία. V. 7. Scripsit Ilgenius una voce γονυπεπτηότες a themate γονυπετέω, quod probat Schweighæuser. qui legit ἐμὲ κυνέοντι. flexis genubus me adorant.

XCVII.

ΑΡΙΦΡΟΝΟΣ ΣΙΚΥΩΝΙΟΥ.

Ὑγίεια πρεσβίστα μακάρων,
μετὰ σεῦ ναίοιμι
τὸ λειπόμενον βιοτᾶς.
σὺ δέ μοι πρόφρων σύνοικος εἴης.
εἰ γάρ τις ἢ πλούτου χάρις, ἢ τεκέων,
τᾶς ἰσοδαίμονος τ' ἀνθρώποις
βασιληΐδος ἀρχᾶς, ἢ πόθων,
οὓς κρυφίοις Ἀφροδίτης ἄρκυσι θηρεύομεν·
ἢ εἴ τις ἄλλα θεόθεν ἀνθρώποισι τέρψις,
ἢ πόνων ἀμπνοὰ πέφανται,
μετὰ σεῖο, μάκαιρ' Ὑγίεια,
τέθηλε πάντα, καὶ λάμπει χαρίτων ἔαρ·
σέθεν δὲ χωρὶς οὔ τις εὐδαίμων.

Nr. 97. Hoc canticum summis laudibus exornat Samuelis Johnson *Rambler* nr. 48. Latine vertit Mattaire, et singulorum versuum metra conservavit. V. 1. πρεσβίστη, docente Ilgenio, est ἐντιμωτάτη. vid Schol. Hom. Il. δ. 59.

V. 2—5. Idem gratias rogat Theocrit. Eid. xvi. 108. τί γὰρ Χαρίτων ἀγαπατὸν Ἀνθρώποις ἀπάνευθεν; ἀεὶ χαρίτεσσιν ἅμ' εἴην.— V. 4. Tu mecum propitia habites. Pindar. Isthm. δ. 73. προφρόνων Μοισᾶν τύχοιμεν.—5. Nihil sine sanitate gratiam habet. Orpheus Hymn. LXVII. 9. de eadem dea, οὔτε γὰρ ὀλβοδότης Πλοῦτος γλυκερὸς θαλίῃσιν οὔτε γέρων πολύμοχθος ἀτὲρ σέο γίγνεται ἀνήρ. *Jac.* πλούτου χάρις. Cf. scolium Simonidis nr. 92. V. 6. ἰσοδαίμων aptissimum tyranno, vel tyrannidi epitheton dicit Porsonus Præfat. ad Hec. p. xxix.

V. 7—12. πόθων furtiva voluptas, quam adeo furtivis Veneris retibus venamur. Puellæ Veneres et illecebras σπλάγχνων δίκτυα καὶ παγίδας vocat Sosipater Ep. iii. V. 12. Qui tuis muneribus gaudent, iis omnia *instar veris affulgent.* Hor. IV. c. v. 6. Suavitatis et amœnitatis notio quæ inest verbis ἔαρ λάμπει, ea augetur etiam apposito χαρίτων, quæ veri venustatem suam tribuunt, quibusque adeo ver ipsum sacrum est. De puella pulcritudinis eximiæ immatura morte exstincta Julian. Ægypt. Ep. (nr. 573.) *Jac.*

XCVIII.

ΕΥΗΝΟΥ.

Κἢν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω,
ὅσσον ἐπισπεῖσαι σοί, τράγε, θυομένῳ.

XCIX.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἀτθὶ κόρα μελίθρεπτε, λάλος λάλον ἁρπαξασα
τέττιγα πτανοῖς δαῖτα φέρεις τέκεσιν,
τὸν λάλον ἁ λαλόεσσα, τὸν εὔπτερον ἁ πτερόεσσα,
τὸν ξένον ἁ ξείνα, τὸν θερινὸν θερινά;
κοὐχὶ τάχος ῥίψεις; οὐ γὰρ θέμις, οὐδὲ δίκαιον,
ὄλλυσθ' ὑμνοπόλους ὑμνοπόλοις στόμασιν.

C.

ΠΛΑΤΩΝΟΣ.

Ἡ Παφίη Κυθέρεια δι' οἴδματος ἐς Κνίδον ἦλθε,
βουλομένη κατιδεῖν εἰκόνα τὴν ἰδίην.

Nr. 98. Hoc distichon Latine reddidit Ovidius Fast. i. 357. "Rode caper vitem; tamen hinc, cum stabis ad aram. In tua quod spargi cornua possit, erit." Inter plura confert Boschius Virg. Georg. ii. 380. "Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris Cæditur."

Nr. 99. Scriptum in hirundinem quæ cicadam, quamvis ipsi multis rebus cognatam, ceperat. Hirundinem poeta puellam atticam vocat, ob notam de Philomela fabulam. *Jac.* V. 1. μελίθρεπτος, ut ad cibi et potus, sic etiam ad vocis suavitatem potest referri, præsertim a poeta, qui in utraque ave summam cognationem et similitudinem esse voluit. Nota illa Virgilii "Dumque thymo pascentur aves, dum rore cicadæ." *De Bosch.* V. 3, 4. Huc facit Plutarch. T. ii. p. 727. E. de hirundine. Σαρκοφάγος ἐστί, καὶ μάλιστα τοὺς τέττιγας ἱεροὺς καὶ μουσικοὺς ὄντας ἀποκτίννυσι καὶ σιτεῖται. *Jac. ad edit. Palat.* ξένον, ξεἰνα—propter migrationem in alias regiones.

Nr. 100. In celeberrimam illam Veneris effigiem a Praxitele confictam. Ultimum distichon Platoni, ut ingenio

πάντη δ' ἀθρήσασα περισκέπτῳ ἐνὶ χώρῳ
φθέγξατο· ποῦ γυμνὴν εἶδέ με Πραξιτέλης;
Πραξιτέλης οὐκ εἶδεν ἃ μὴ θέμις, ἀλλ' ὁ σίδηρος
ἔξεσεν οἷαν Ἄρης ἤθελε τὴν Παφίην.

CI.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Αἱ χάριτες τέμενός τι λαβεῖν ὅπερ οὐχὶ πεσεῖται,
ζητοῦσαι, ψυχὴν εὗρον Ἀριστοφάνους.

CII.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὑψίκομον παρὰ τάνδε καθίζεο φωνήεσσαν
φρίσσουσαν πυκινοῖς κῶμον ὑπὸ Ζεφύροις,
καί σοι καχλάζουσιν ἐμοῖς παρὰ νάμασι σύριγξ
θελγομένων ἄξει κῶμα κατὰ βλεφάρων.

Nr. CII. V. 2. *κῶνον* corrigit Scal.

ejus indignum, abjudicandum censet Jacobsius. V. 3. *περισκέπτῳ· παντοθεν ὁρωμένῳ. οἱ δὲ, μόνῳ, κεχωρισμένῳ, ὥστε ἀπ' αὐτοῦ περισκέψασθαι.* Hesych.

V. 4. *γυμνήν.* Hoc vel ipsa Venus fugiebat. Ovid. Fast. iv. 141. "Littore siccabat rorantes nuda capillos. Viderunt Satyri nuda proterva Deam. Sensit, et apposita texit sua corpora myrto." *Jac.*

Nr. 101. *τέμενος. πᾶς ὁ μεμερισμένος τόπος τινὶ εἰς τιμὴν, ἢ ἱερὸν καὶ βωμός· ἢ απονεμηθὲν θεῷ ἢ βασιλεῖ.* Hesych. *τεμένη. ναοί. ἱερά.* Photii Lex. Cf. Schweigh. Lex. Herodot. qui putat Græcum vocabulum Latino *templum* originem dedisse.

Nr. 102. Pan loquitur in arboris umbra, ad rivum collocatus. *Jac.* V. 2. *κῶνον*, Scaligeri correctionem probare videtur Boschius, et hanc vocem, quæ ap. Phavorinum dicitur ὁ *τῆς πίτυος καρπός*, de pinu arbore accipi posse, adducit exemplum Jacobsius ap. Paulum Sil. in Ecphrasi. v. 458. p. 530. *ἢ κωνοῖσιν ὀριτρεφέεσσιν ὁμοῖα Δένδρεά τις καλέσειε.* V. 3. *καχλάζει. ταράττεται. φλεγμαίνει. βράττει.* Phot. Lex. Theocrit. vi. 11. *τὰ δέ νιν καλὰ κύματα φαίνει Ἄσυχα καχλάζοντα.*

CIII.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Σιγάτω λάσιον δρυάδων λέπας, οἵ τ' ἀπὸ πέτρας
κρουνοί, καὶ βληχὴ πουλυμιγὴς τοκάδων,
αὐτὸς ἐπεὶ σύριγγι μελίσδεται εὐκελάδῳ Πάν,
ὑγρὸν ἱεὶς ζευκτῶν χεῖλος ὑπὲρ καλάμων;
αἱ δὲ πέριξ θαλεροῖσι χορὸν ποσὶν ἐστήσαντο
Ὑδριάδες Νύμφαι, Νύμφαι Ἁμαδρυάδες.

CIV.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ *Plan.* ΑΔΗΛΟΝ. v. c.

Εἰς Σάτυρον κρήνῃ ἐφεστῶτα, καὶ Ἔρωτα καθεύδοντα.

Τὸν Βρομίου Σάτυρον τεχνήσατο δαιδαλέη χείρ,
μούνη θεσπεσίως πνεῦμα βαλοῦσα λίθῳ.
εἰμὶ δὲ ταῖς Νύμφαισιν ὁμέψιος· ἀντὶ δὲ τοῦ πρὶν
πορφυρέου μέθυος, λαρὸν ὕδωρ προχέω.

Nr. 103. In Pana tibiis canentem. Cf. Alcæi Ep. nr. 145. V. 1. λέπας. discrimen inter λεπὰς λεπάδος, et λέπας λέπατος notant Intrpp. ad Hesych. p. 450. prius enim τὸ ἄναντες, καὶ τὸ τῇ πέτρᾳ προσισχόμενον κογχύλιον, posterius vocabulum ὑψηλόν, ἀκρότατον, ὀρεινόν, significare volunt. V. 4. ὑγρόν. quæ de hac voce disseruit Beckius in comment. de interpretatione vett. script. protulit Kiessling. cum suis additamentis ad Theocrit. Eid. i. 55. ὑγροῖς χείλεσιν, vertas, labiis leviter intumescentibus, vel potius *flexilibus* labiis. Vid. Schleusn. Lex. in V. T. Hunc versum imitatus est auctor Ep. Incert. nr. 361. κυρτὸν ὑπὲρ χρυσέων χεῖλος ἱεῖς δονάκων.

Nr. 104. V. 1. μούνη. de voce μόνος vid. notata ad nr. 10. V. 2. πνεῦμα βαλοῦσα. intell. πνεῦμα ἐμβαλοῦσα λίθῳ. spiritu lapidi infuso. V. 4. λαρόν. ἡδύ. προσηνές. γλυκύ. Hesych. Cf. Alcæi Ep. nr. 145. Laudat Jacobsius auctor. Ep. in Anthol. Lat. T. i. p. 62. "Hujus Nympha loci, sacri custodia fontis, Dormio, dum blandæ sentio murmur aquæ. Parce meum, quisquis tangis cava murmura, sommum Rumpere; sive bibas, sive lavere, tace."

εὔκηλον δ' ἴθυνε φέρων πόδα, μὴ τάχα κοῦρον
κινήσῃς, ἁπαλῷ κώματι θελγόμενον.

CV.

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ, οἱ δὲ ΠΛΑΤΩΝΟΣ.

Εἰνοδίην καρύην με παρερχομένοις ἐφύτευσαν
παισὶ λιθοβλήτου παίγνιον εὐστοχίης.
πάντας δ' ἀκρεμονάς τε καὶ εὐθαλέας ὀροδάμνους
κέκλασμαι, πυκιναῖς χερμάσι βαλλομένη.
δένδρεσιν εὐκάρποις οὐδὲν πλέον. ἦ γὰρ ἔγωγε
δυσδαίμων ἐς ἐμὴν ὕβριν ἐκαρποφόρουν.

CVI.

ΜΟΥΣΙΚΙΟΥ, οἱ δὲ ΠΛΑΤΩΝΟΣ. *Plan.*

Ἁ Κύπρις Μούσαισι· κοράσια, τὰν Ἀφροδίταν
τιμᾶτ', ἢ τὸν Ἔρων ὔμμιν ἐφοπλίσομαι.
χαἰ Μοῦσαι ποτὶ Κύπριν· Ἄρει τὰ στωμύλα ταῦτα·
ἡμῖν δ' οὐ πέταται τοῦτο τὸ παιδάριον.

Nr. 105. Nux arbor, prope viam posita, de prætereuntium injuriis conqueritur. Idem argumentum tractavit Ovid. in Elegia quæ *Nux* inscribitur. V. 2. *παίγνιον.* pueri me per ludibrium lapidibus petunt. *Jac.* V. 3. *ὀροδάμνους λέγουσι κυρίως καὶ ὀροδαμνίδας, τοὺς ἐν ὄρει θάμνους. ἀπὸ τούτου δὲ λέγονται ἁπλῶς οὕτω καὶ οἱ κλάδοι τῶν δένδρων.* Schol. ad Theocrit. vii. 138. V. 5, 6. Ovid. in El. "Fructus obest, peperisse nocet: nocet esse feracem, Quæque fuit multis, et mihi præda malo est."

Nr. 106. V. 1. *κοράσια.* Ex locis a Wetstenio collectis ad N. T. i. p. 763. apparet huic vocabulo fere contemptus notionem adhæsisse. *Jac.* V. 2. *Ἔρων.* Eadem analogia qua Eurip. Med. 384. *θανοῦσα θήσω τοῖς ἐμοῖς ἐχθροῖς γέλων.* atque alii *γέλων* a nominativo *γέλως* dixerunt, h. l. *Ἔρων* ab *Ἔρως* dici videtur.

V. 3. Apud Lucian. D.D. xix. 2. Amor sibi nihil in Musas juris esse ait, *αἰδοῦμαι αὐτάς· σέμναι γάρ εἰσι, καὶ ἀεί τι φροντίζουσι, καὶ περὶ ᾠδὴν ἔχουσι, καὶ ἐγὼ παρίσταμαι πολλάκις αὐταῖς, κηλούμενος ὑπὸ τοῦ μέλους. Jac.*

CVII.

ΜΝΑΣΑΛΚΟΥ.

Ἁ σύριγξ, τί τοι ὧδε παρ' Ἀφρογένειαν ὄρουσας;
τίπτ' ἀπὸ ποιμενίου χείλεος ὧδε πάρει;
οὔ τοι πρῶνες ἔθ' ὧδ', οὔτ' ἄγκεα· πάντα δ' Ἔρωτες
καὶ Πόθος· ἁ δ' ἀγρία Μοῦσ' ἐν ὄρει νέμεται.

CVIII.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἅδ' ἐγὼ ἁ τλάμων Ἀρετὰ παρὰ τῇδε κάθημαι
Ἡδονῇ, αἰσχίστως κειραμένα πλοκάμους,
θυμὸν ἄχει μεγάλῳ βεβολημένα, εἴπερ ἅπασιν
ἁ κακόφρων Τέρψις κρεῖσσον ἐμοῦ κέκριται.

CIX.

ΝΟΣΣΙΔΟΣ.

Ἅδιον οὐδὲν ἔρωτος, ἁ δ' ὄλβια, δεύτερα πάντα
ἐστίν· ἀπὸ στόματος δ' ἔπτυσα καὶ τὸ μέλι.

Nr. 107. Poeta fistulam pastoritiam in Veneris templo animadvertens, ei inter Amores et Cupidines locum esse negat. *Jac.* V. 1. *ἁ σύριγξ.* "Solent attici, sed et alii, nominativum pro vocativo ponere." D'Orvill. Crit. V. p. 141. qui hoc exemplum citat.

Nr. 108. Fingitur virtus lugentis habitu Voluptati adsidere et conqueri quod *ἡ τέρψις* sibi anteponatur. Opponuntur sibi *ἡ ἡδονή*, Epicureorum voluptas, quæ multas virtutis partes habet, et *ἡ τέρψις*, corporea voluptas, in qua nullus virtuti locus.—*τὴν τέρψιν*, quæ in sensuum oblectatione est posita, sectabant Cyrenaici; *τὴν ἡδονὴν* Epicuri discipuli. vid. Cic. de Fin. ii. 13. *Jac.* Cf. Ep. cujus hoc parodia est, nr. 416.

Nr. 109. Amore nihil præstantius esse; quibus autem Venus non faverit, eos omni pulcritudinis sensu destitui. *Jac.* V. 2—4. Mellis adeo suavitatem amor superat. cum melle præstantissima quæque conferri frequens est. *ῥόδα.* h. e. *οὐκ οἶδεν, ποῖα ἄνθη ἐκείνης*

τοῦτο λέγει Νοσσίς· τινὰ δ' ἁ Κύπρις οὐκ ἐφίλασεν,
οὐκ οἶδεν κήνας ἄνθεα ποῖα ῥόδα.

CX.

ΤΗΣ ΑΥΤΗΣ.

Αὐτομέλιννα τέτυκται· ἴδ' ὡς ἀγανὸν τὸ πρόσωπον
ἀμὲ ποτοπτάζειν μειλιχίως δοκέει·
ὡς ἐτύμως θυγάτηρ τᾷ ματέρι πάντα προσῴκει·
ἦ καλὸν ὅκκα πέλοι τέκνα γονεῦσιν ἴσα.

CXI.

ΤΗΣ ΑΥΤΗΣ.

Θυμαρέτας μορφὰν ὁ πίναξ ἔχει· εὖ γε τὸ γαῦρον
τεῦξε, τό θ' ὡραῖον τᾶς ἀγανοβλεφάρου.
σαίνοι κέν σ' ἐσιδοῖσα καὶ οἰκοφύλαξ σκυλάκαινα,
δέσποιναν μελάθρων οἰομένα ποθορῆν.

Nr. CIX. V. 3. τινά. τὰν δ' ἁ Κύπρις Bentleii conjectura est, quam probat Blomfield. ad Callim. p. 152.

Nr. CX. V. 4. πέλῃ. Schæf.

ἐστίν. Rosæ Veneri et amori sacræ sunt: hinc Anacr. Od. V. τὸ ῥόδον τὸ τῶν Ἐρώτων, ad quem locum cf. Fischer. *Schneider.*

Nr. 110. In Melinnæ, Nossidis, ut videtur, filiæ imaginem. *Jac.* V. i. Αὐτομέλιννα. pro αὐτὰ Μέλιννα, Melinna ipsissima. ἀγανὸν πρόσωπον placidus, blandus vultus. vid. infra ἀγανοβλέφαρος. V. 2. ἀμὲ ποτοπτάζειν. dor. pro ἐμὲ προσοπτάζειν. ut infra ποτῴκει pro προσῴκει. V. 4. His nihil aliud sibi voluisse Nossidem judicat Schneiderus, quam gratum esse et acceptum, si liberi ipsorum parentes, matrem non minus quam patrem, ore referrent.

Nr. 111. Scriptum in Thymaretæ, seu Tymaretæ effigiem, quæ dignitatem, et nobilem superbiam cum amœnitate commistam expressit. γαῦρος. αὐθάδης. σεμνός. μεγαλοπρεπής. ἢ μετέωρος. Hesych. ἀγανοβλεφάρου. blandas palpebras habentis.

V. 3. σαίνοι. ita ad vivum expressa es, ut si canis te vidisset, tibi, quam dominam putaret, adblandiretur. *Schneider.* De hoc verbo vid. quæ disputavit Blomfieldius ad Æschyl. Theb. 379.

CXII.

ΑΝΥΤΗΣ.

Κύπριδος οὗτος ὁ χῶρος, ἐπεὶ φίλον ἔπλετο τήνᾳ
αἰὲν ἀπ' ἠπείρου λαμπρὸν ὁρῆν πέλαγος,
ὄφρα φίλον ναύταισι τελῇ πλόον· ἀμφὶ δὲ πόντος
δειμαίνει, λιπαρὸν δερκόμενος ξόανον.

CXIII.

ΤΗΣ ΑΥΤΗΣ.

Ξεῖν', ὑπὸ τὰν πέτραν τετρυμένα γυῖ' ἀνάπαυσον·
ἁδύ τι ἐν χλωροῖς πνεῦμα θροεῖ πετάλοις.
πίδακά τ' ἐκ παγᾶς ψυχρὸν πίε· δὴ γὰρ ὁδίταις
ἄμπαυμ' ἐν θερμῷ καύματι τοῦτο φίλον.

CXIV.

ΤΗΣ ΑΥΤΗΣ.

Ἴζευ ἅπας ὑπὸ καλὰ δάφνας εὐθαλέα φύλλα,
ὡραίου τ' ἄρυσαι νάματος ἁδὺ πόμα,

Nr. CXIII. V. 1. *πέτραν*. Mavolt Jacobsius *πτελέαν*.
Nr. CXIV. V. 1. fortasse : *ἵζεο τᾶσδ' ὑπὸ καλὰ δάφνας*. *Jac.*

Nr. 112. In Veneris marinæ statuam, ad maris littus positam. Venus navigationis præses, unde ei templa et statuas in littore ponebant. *Jac.* Cf. notata a Mitscherlich. ad Hor. I. c. iii. 1. Hoc carmen expressit Antip. Sid. nr. 154.

Nr. 113. In locum amœnum et subfrigidum. *Jac.* V. i. *τετρυμένα γυῖα.* Sic Apollon. Rhod. *τετρυμένα γυῖα* operarii habet. Cf. notata ad Addæi Ep. nr. 29.

V. 2. Puta arborum fruticumve ramulos illud (sc. antrum) impendisse, vel hederæ racemulos illud leviter texisse. Cf. Theocrit. vii. 135. *Schneider.* *θροεῖ* est ap. Æschyl. Prom. v. 628. ubi vid. Blomfieldii Glossarium.

Nr. 114. In laurum umbrosam prope fontem. *Jac.* V. 1. *εὐθαλέα.* In *εὐθαλής* alibi media corripitur; at hoc loco dorica esse videtur forma pro *εὐθηλής*. ut *νεοθαλῆ* in Meleag. Procem. v. 53. *νεοθαλεῖ* in Eurip.

ὄφρα τοι ἀσθμαίνοντα πόνοις θέρεος φίλα γυῖα
ἀμπαύσῃς, πνοιῇ τυπτόμενα Ζεφύρου.

CXV.

ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ.

Πῖν' Ἀσκληπιάδη· τί τὰ δάκρυα ταῦτα; τί πάσχεις;
οὐ σὲ μόνον χαλεπὴ Κύπρις ἐληΐσατο,
οὐδ' ἐπὶ σοὶ μούνῳ κατεθήκατο τόξα καὶ ἰοὺς
πικρὸς Ἔρως. τί ζῶν ἐν σποδιῇ τίθεσαι;
πίνωμεν Βάκχου ζωρὸν πόμα. δάκτυλος ἀώς.
ἢ πάλι κοιμισταν λύχνον ἰδεῖν μένομεν;
πίνομεν οὖν γαλερῶς. μετά τοι χρόνον οὐκέτι πουλὺν,
σχέτλιε, τὴν μακρὰν νύκτ' ἀναπαυσόμεθα.

Iph. A. 188. *Idem ad Edit. Palat.* V. 2—3. ὡραίου νάματος de fonte tempestivo intelligit Schneiderus, in quem opportuno tempore ac loco incidis. τυπτόμενα Ζεφύρου. sic βάλλειν ap. Mosch. Eid. v. 1.

Nr. 115. Poeta animum suum tristitia dejectum erigere studet. V. 2—5. οὔ σε μόνον. Vulgaris consolandi formula. "Non tibi hoc soli," ut Cicero ait Tusc. Qu. iii. 33. Euripidi imprimis usitata. V. 4. τί ζῶν—*cur vivus in cinere poneris?* i. e. cur tempus lacrymando consumens vitæ voluptatibus non magis frueris, quam qui vita defuncti sunt? 2—5. ζωρὸν πόμα. Tibull. III. vi. 62. "Tu puer, i, liquidum fortius adde merum." *Jac.*

δάκτυλος ἀώς. Eodem sensu dictum est Alcæo ap. Athenæum x. 430. δάκτυλος ἀμέρα. ubi Casaubonus; "Antiqui, cum fere parcius prandereut, et cænabant liberalius, et compotationes suas eo reservabant. Tempus autem cænæ erat vespera et λύχνων ἀφαί. Ita viri graves et occupati; nam qui aliter vitam instituebant, hi et *tempestiva* agitabant *convivia*, et ad pocula *de die* accedebant. Hoc igitur Alcæo poetæ vinoso nunc dolet, quod propter sobrios sodales *horam lucernalem* cogatur *expectare. Quid moras trahimus?* inquit, *quid expectamus ut vespera sit?* Ecce jam advesperascit; jam *qui restat dies digitus est*, sive *digito non longior*. Hoc loco ἀώς *diem* significat. V. 7. γαλερόν. Hesych. γαληνόν. ἱλαρόν. εὔδιον.—μετά τοι χρόνον. Confert Jacobs. Hor. I. c. iv. 16. "Jam te premet nox fabulæque Manes."

CXVI.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τοῦθ' ὅ τι μοι λοιπὸν ψυχῆς, ὅ τι δή ποτ', Ἔρωτες,
  τοῦτό γ' ἔχειν πρὸς θεῶν ἡσυχίην ἄφετε.
εἰ καὶ μή, τόξοις μὴ βάλλετέ μ', ἀλλὰ κεραυνοῖς,
  καὶ πάντως τέφρην θέσθε με κἀνθρακίην.
ναὶ ναὶ βάλλετ' Ἔρωτες· ἐνεσκληκὼς γὰρ ἀνίαις,
  εἰ μεῖζον τούτων ἔστ' ἔτι, βούλομ' ἔχειν.

CXVII.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Νύξ, σὲ γάρ, οὐκ ἄλλην μαρτύρομαι, οἷα μ' ὑβρίζει
  Πυθιὰς ἡ Νικοῦς, οὖσα φίλ' ἐξ ἀπάτης.
κληθείς, οὐκ ἄκλητος, ἐλήλυθα. ταῦτα παθοῦσα
  σοὶ μέμψαιτ' ἐπ' ἐμοῖς στᾶσα παρὰ προθύροις.

Nr. 116. Amores precatur poeta ut aut quiescere se patiantur, aut gravissimis armis ipsum invadentes in cinerem convertant. V. 2. Hunc locum in mente habuit Meleag. Ep. nr. 157. Βαλὼν δ' ἐπ' ἐμὴν φρένα πυρσούς, οὐ φλέξεις ἤδη. πᾶσα γάρ ἐστι τέφρη. Similia vota facit Propert. II. El. ix. 37. "Nunc quoniam ista tibi placuit sententia, cedam. Tela precor, pueri, promite acuta magis. Figite certantes, atque hanc mihi solvite vitam: Sanguis erit vobis maxima palma meus." *Jac.* V. 5. ἐνεσκληκώς. Verbum lexicographis ignotum. quasi *induratus doloribus.* vid. notata ad ἐσκληκότα ap. Hesych. ubi docet Hemsterhus. ἐσκληκότα non aliter sumendum esse quam τετηκότα, προστετηκότα, quasi Latine dicas *inarescere rei alicui.*

Nr. 117. Amantis a puella exclusi, similemque ei olim contumeliam imprecantis verba. *Jac.* V. 1—2. Brunckius jungit οὖσα φίλη ἐξ ἀπάτης. longe simplicius autem judicat Jacobsius jungere ὑβρίζει ἐξ ἀπάτης. Idem comparat Propert. II. El. vii. 91. "Sidera sunt testes et matutina pruina." et ad v. 4. Hor. I. c. xxv. 9. "Invicem mæchos anus arrogantes Flebis in solo levis angiportu."

CXVIII.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Φείδῃ παρθενίης· καὶ τί πλέον; οὐ γὰρ ἐς Ἅιδην
 ἐλθοῦσ' εὑρήσεις τὸν φιλέοντα, κόρη.
ἐν ζωοῖσι τὰ τερπνὰ τὰ Κύπριδος· ἐν δ' Ἀχέροντι
 ὀστέα καὶ σποδίη, παρθένε, κεισόμεθα.

CXIX.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Νῖφε, χαλαζοβόλει, ποίει σκότος, αἶθε, κεραύνου,
 πάντα τὰ πορφύροντ' ἐν χθονὶ σεῖε νέφη.
ἢν γάρ με κτείνῃς, τότε παύσομαι· ἢν δέ μ' ἀφῇς ζῆν,
 καὶ διαθεὶς τούτων χείρονα, κωμάσομαι.
ἕλκει γάρ μ' ὁ κρατῶν καὶ σοῦ θεός, ᾧ ποτε πεισθείς,
 Ζεῦ, διὰ χαλκείων χρυσὸς ἔδυς θαλάμων.

Nr. 118. Εἰς *τίνα παρθένον μὴ πειθομένην.* Lucret. iii. 927. "Brevis hic est fructus homullis; Jam fuerit, neque post unquam revocare licebit." Sapph. xi. Κατθανοῖσα δὲ κεῖσ'· οὐδέποτα μναμοσύνα σέθεν Ἔσσετ' οὐδέποτ' εἰς ὕστερον. οὐ γὰρ πεδέχεις βρόδων Τῶν ἐκ Πιερίας. ἀλλ' ἀφανὴς κὴν Ἀΐδα δόμοις Φοιτάσεις πεδ' ἀμαυρῶν νεκύων ἐκπεποταμένα.

Nr. 119. Ingente tempestate in poetam comissabundum furente hic ad Jovem conversus, se nec his nec gravioribus tempestatibus prohibitum iri ait, quominus comissationes agat. Jove enim prohibente, alium esse Deum Jove majorem, qui eum in quamcunque partem trahat impellatque. Haud scio an ludenti poetæ obversata sit Promethei constantia et animi robur ap. Æschyl. 1008. *Jac.* V. 4. Idem ad edit. Palat. monet verba καὶ διαθεὶς τούτων χείρονα a reliquis sejungenda; et vertit, *etiamsi pejora designes quam quæ nunc facis.* Cum hoc Ep. cf. Ep. Incert. nr. 342.

CXX.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Κύπριδος ἅδ' εἰκών· φέρ' ἰδώμεθα μὴ Βερενίκας.
  διστάζω ποτέρᾳ φῇ τις ὁμοιοτέραν.

CXXI.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὁ γλυκὺς Ἠρίννης οὗτος πόνος, οὐχὶ πολὺς μέν,
  ὡς ἂν παρθενικᾶς ἐννεακαιδεκέτευς,
ἀλλ' ἑτέρων πολλῶν δυνατώτερος· εἰ δ' Ἀΐδας μοι
  μὴ ταχὺς ἦλθε, τίς ἂν ταλίκον ἔσχ' ὄνομα;

CXXII.

ΛΕΩΝΙΔΟΥ ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΥ.

Εὐάγρει λαγόθηρα, καὶ εἰ πετεεινὰ διώκων
  ἰξευτὴς ἥκεις τοῦθ' ὑπὸ δισσὸν ὄρος,
κἀμὲ τὸν ὑλωρὸν ἀπὸ κρημνοῖο βόασον
  Πᾶνα· συναγρεύω καὶ κυσὶ καὶ καλάμοις.

Nr. 120. In Berenices effigiem. Verisimile est hanc Berenicen sororem fuisse Agrippæ II, uxorem Herodis regis Chalcidis. Vid. Stemma Herod. in notis et emendationibus ad Taciti Annal. xii. 21. ed. Brot.

Nr. 121. In Erinnæ carmina, paucissima illa quidem, sed pulcherrima. Hinc expressum Epigr. Antip. Sidon. nr. 473. et in Ep. Incert. DXXIII. versus; οἱ δὲ τριηκόσιοι ταύτης στίχοι ἶσοι Ὁμήρῳ τῆς καὶ παρθενικῆς ἐννεακαιδεκέτευς. V. 3. πόνος. eorum *labor*, virtute et præstantia multos aliorum labores superat. *Jac.*

Nr. 122. Pan venatori et aucupi, rite eum invocantibus, auxilium promittit. Hoc Ep. Propertius ante oculos habuit L. III. El. xiii. 41. *Jac.* V. 2. τοῦθ' ὑπὸ δισσὸν ὄρος significare docet Brunckius *in mediam hanc convallem duorum montium.* V. 3. ὑλωρὸν de Nymphis usurpatum Apollon. Rhod. i. 1227. ubi Schol. αἱ ἐν τοῖς ὄρεσι διατρίβουσαι. Cf. Ep. Incert. nr. 358.

CXXIII.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πρέσβυν Ἀνακρείοντα χύδαν σεσαλαγμένον οἴνῳ
θάεο, δινωτοῦ στρεπτὸν ὕπερθε λίθου,
ὡς ὁ γέρων λίχνοισιν ἐπ' ὄμμασιν ὑγρὰ δεδορκὼς
ἄχρι καὶ ἀστραγάλων ἕλκεται ἀμπεχόναν·
δισσῶν δ' ἀρβυλίδων τὰν μὲν μίαν, οἷα μεθυπλὴξ,
ὤλεσεν· ἐν δ' ἑτέρᾳ ῥικνὸν ἄραρε πόδα.
μέλπει δ' ἠὲ Βάθυλλον ἐφίμερον, ἠὲ Μεγιστέα,
αἰωρῶν παλάμᾳ τὰν δυσέρωτα χέλυν.
ἀλλὰ πάτερ Διόνυσε, φύλασσέ μιν· οὐ γὰρ ἔοικεν
ἐκ Βάκχου πίπτειν Βακχιακὸν θέραπα.

CXXIV.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μὴ σύ γ' ἐπ' οἰονόμοιο περιπλέον ἰλύος ὧδε
τοῦτο χαραδραίης θερμόν, ὁδῖτα, πίῃς·

Nr. CXXIII. V. 2. forte *στεπτόν*. *Jac.*

Nr. 123. Hoc Epigr. scriptum est in statuam Anacreontis, Athenis in in arce positam. Inprimis autem memorabile est quod ex hoc quale Anacreontis in illa statua *σχῆμα* fuerit, præclare intelligimus. Conspiciebatur senex ille Teius *σεσαλαγμένος οἴνῳ*. Insidebat lapidi *coronatus*: [pro *στρεπτὸν* enim vix dubites quin *στεπτὸν* legendum sit.] *δινωτὸς λίθος* est lapis rotundatus in cylindri formam. V. 3. *λίχνοις ὄμμασιν* ad Anacreontis amores referendum. *τὸ λίχνον* a gulosis passim ad alias cupiditates translatum est. *ὑγρὰ δεδορκώς*. sive mollioribus, quales oculos Veneri tribuit Anacreon Od. xxix. 21. sive marcidis vino oculis, quales sunt ebriorum.—Vestis usque ad talos defluebat. Hoc inter ebrietatis signa numerandum. Ebrii enim fuit pallium non colligere. V. 5. *ἀρβύλιδες* Hesych. *ἀρβύλαι. εἶδος ὑποδήματος*. V. 6. *ῥικνὸν πόδα*, ut senex. Phineus ap. Apollon. Rhod. ii. 198. *βάκτρῳ σκηπτόμενος ῥικνοῖς ποσὶν ἧε θύραζε*. V. 8. manibus lyram tenet, *τὰν δυσέρωτα*, *ad quam graves amoris dolores cantat.* V. 9. Cum labi videtur senex, Bacchum poeta rogat ut eum tueatur. *Jac.* V. 10. *θέραπα*. *θέραπες* est ap. Eur. Suppl. 762. vid. Hesych. v. *θέραψ*. et v. *θέραπες*.

Nr. 124. Viatores hac inscriptione a

ἀλλὰ μολὼν μάλα τυτθὸν ὑπὲρ δαμαλήβοτον ἄκραν,
κεῖσέ γε πὰρ κείνᾳ ποιμενίᾳ πίτυϊ,
εὑρήσεις κελαρύζον ἐϋκρήνου διὰ πέτρης
νᾶμα, Βορειαίης ψυχρότερον νιφάδος.

CXXV.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τὰν ἐκφυγοῦσαν ἐκ κόλπων ἔτι,
ἀφρῷ τε μορμύρουσαν εὐλεχῆ Κύπριν
ἰδὼν Ἀπελλῆς, κάλλος ἱμερώτατον,
οὐ γραπτόν, ἀλλ' ἔμψυχον ἐξεμάξατο.
εὖ μὲν γὰρ ἄκραις χερσὶν ἐκθλίβει κόμαν,
εὖ δ' ὀμμάτων γαληνὸς ἐκλάμπει πόθος,
καὶ μαζός, ακμῆς ἄγγελος κυδωνιᾷ.

turbida tepidaque aqua ad fontem limpidum frigidumque mittuntur. *Jac.* V. 1, 2. ἐπ' οἰονόμοιο. in illo loco ubi pascunt oves. θερμὸν scilicet ὕδωρ. χαράδρα, *fissura* est, aut *excavatio terræ*. Hesych. αἱ χαράξεις τοῦ ἐδάφους· καὶ οἱ κοῖλοι τόποι ἀπὸ τῶν καταφερομένων ὀμβρίων ὑδάτων. V. 3. δαμαλήβοτον ἄκραν. "boves ubi collibus errant." Grotius.

Nr. 125. In celeberriman illam Venerem Anadyomenen, Apellis opus, quam a Cois emptam, Augustus in templo Veneris genetricis consecravit. *Jac.* V. 1, 2. ἀφρῷ μορμύρουσαν. Grotius; "Adhuc strepentem spumeo Cyprin salo." Quod proprie de maris ἀφρῷ dicitur, poeta ad Venerem recens mari natam hic videtur transtulisse.—εὐλεχῆ. thalamorum præsidem, cum Jacobsio, vel simpliciter pulcritudinis epitheton intelligas. εὔλεκτρος dicitur Antigone ap. Sophoclem in tragædia sui nominis, v. 796. ut notat Boschius. V. 4. οὐ γραπτὸν, ἀλλ' ἔμ. "Non æmulatus arte, sed vivum dedit." Grotius. Theocrit Eid. xv. 83. Ἔμψυχ' οὐκ ἐνυφαντά. Virg. Æn. vi. 848. *æra spirantia*. ἐξεμάξατο Jacobsius monet proprie de pictoribus et sculptoribus usurpari, qui speciem aliquam marmore coloribusve expressam repræsentant. V. 5. Cf. Antip. Sid. Ep. nr. 147. v. 3. Ovid Trist. ii. 527. "Sic madidos siccat digitis Venus uda capillos, Et modo maternis tecta videtur aquis." V. 6. γαληνός. imago a mari sereno ducta. V. 7. κυδωνιᾷ. mali cydonii modo se habet. Similiter Ariosto in celeberrima Alcinæ descriptione, *due pome acerbe*.

αὐτὰ δ' Ἀθάνα καὶ Διὸς συνευνέτις
φάσουσιν, ὦ Ζεῦ, λειπόμεσθα τῇ κρίσει.

CXXVI.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἄστρα μὲν ἠμαύρωσε καὶ ἱερὰ κύκλα σελήνης
ἄξονα δινήσας ἔμπυρος ἠέλιος·
ὑμνοπόλους δ' ἀγεληδὸν ἀπημάλδυνεν Ὅμηρος
λαμπρότατον Μουσῶν φέγγος ἀνασχόμενος.

CXXVII.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἶπέ ποκ' Εὐρώτας ποτὶ τὰν Κύπριν· ἢ λάβε τεύχη,
ἢ 'ξιθι τᾶς Σπάρτας· ἁ πόλις ὁπλομανεῖ.
ἁ δ' ἁπαλὸν γελάσασα, καὶ ἔσσομαι αἰὲν ἀτευχής,
εἶπε, καὶ οἰκήσω τὰν Λακεδαιμονίαν.
χἀ μὲν Κύπρις ἄνοπλος· ἀναιδέες οἱ δὲ λέγουσιν
ἵστορες, ὡς ἁμῖν χἀ θεὸς ὁπλοφορεῖ.

Nr. 126. In Homerum, cæteros poetas, ut sol stellas, fulgore suo extinguentem. *Jac.* V. 1—3. *ἠμαύρωσε.* Hesych. *ἀμαυρούμενοι. σκοτιζόμενοι.* Ad Pind. Pyth. xii. 24. Schol. exponit *ἀμαύρωσε* per *ἠφάνισε.* vid. *ἀμαυροτέρη* Pomp. Jun. Ep. nr. 209.—*ἱερὰ κύκλα.* vid. notata ad Æsopi Ep. nr. 2.—*ἀπημάλδυνεν.* *ἀμαλδῦναι. ἀφανίσαι.* Hesych. Hom. Il. η. 463. *ὥς κέν τοι μέγα τεῖχος ἀμαλδύνηται Ἀχαιῶν.* Similem imaginem putat Jacobsius obversari Horatio II. Ep. i. 13. "Urit enim fulgore suo qui prægravat artes Infra se positas."

Nr. 127. Venerem apud Spartanos armatam esse negat Leonidas, et in eos, qui aliter dicant, invehitur. V. 2—5. *ὁπλομανεῖ.* Similia verba in quibus *μαίνεσθαι* immoderatum desiderium significat, collegit Athenæ. xi. p. 464. V. 5. *ἀναιδέες.* Fuisse videntur, qui, cum severam Lacedæmoniorum disciplinam, duram vitam, moresque rudes et inhumanos vituperare vellent, vel ea, quæ apud alios homines ad formandos animos moresque emolliendos facerent, amorem et Venerem apud Spartanos ingenium mutasse, Veneremque adeo Lacedæmone armatam esse dicerent. Ejusmodi reprehensores fortasse respexit Leonidas. *Jac.*

CXXVIII.

ΜΕΛΕΑΓΡΟΥ. οἱ δὲ ΣΤΡΑΤΩΝΟΣ. (ΛΕΩΝΙΔΟΥ. Br.)

Εἴ καί σοι πτέρυγες ταχιναὶ περὶ νῶτα τέτανται
καὶ Σκυθικῶν τόξων ἀκροβολεῖς ἀκίδες,
φεύξομ' Ἔρως ὑπὸ γᾶν σε· τί γὰρ πλέον; οὐδὲ γὰρ αὐτὸς
σὰν ἔφυγεν ῥώμαν πανδαμάτωρ Ἀΐδας.

CXXIX.

ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Ὁ πλόος ὡραῖος· καὶ γὰρ λαλαγεῦσα χελιδὼν
ἤδη μέμβλωκεν, χὠ χαρίεις Ζέφυρος·
λειμῶνες δ' ἀνθεῦσι, σεσίγηκεν δὲ θάλασσα
κύμασι καὶ τρηχεῖ πνεύματι βρασσομένη.
ἀγκύρας ἀνέλοιο, καὶ ἐκλύσαιο γύαια,
ναυτίλε, καὶ πλώοις πᾶσαν ἐφεὶς ὀθόνην.

Nr. CXXVIII. V. 3. τί δὲ πλέον. Br.

Nr. 128. Arcum Scythicum Amori poeta tribuit, ut alii Creticum; Scythæ enim arcum peritissime tractabant. Ad sententiam apprime facit Sophocl. in Trachin. 499. Κύπρις—ὅπως Κρονίδαν Ἀπάτασεν, οὐ λέγω, οὐδὲ τὸν ἔννυχον Ἅιδαν, οὐ Ποσειδάωνα τινάκτορα γαίας. *Jac.* V. 3. τί γὰρ πλέον; tametsi quid hoc mihi profuturum sit non sentiam. *Brodæus.* Legit Brunckius τί δὲ πλέον, quod sensum manifestiorem efficit. De locutione τί πλέον vid. Matthiæ. Gr. Gr. p. 536. ed. Blomfield.

Nr. 129. Priapus, vere ineunte, nautas ad navigationem suscipiendam hortatur. *Jac.* Argumentum a poetis Anthologiæ frequenter tractatum. Cf. Marci Argentarii Ep. nr. 254. V. 1. λαλαγεῦσα. Huc, ut monet Jacobsius, respexit Cicero ad Atticum L. ix. 18. " Ibi expecto λαλαγεῦσαν illam tuam" (i. e. hirundinem.) V. 2. μέμβλωκεν. Hom. Od. ρ. 190. Vid. Matth. Gr. Gr. p. 229. Blomf. V. 3. σεσίγηκεν. Theocrit. Eid. ii. 38. σιγᾷ μὲν πόντος, σιγῶντι δ' ἀῆται. V. 5. γύαια. σχοίνια. τὰ πρυμνήσια. Hesych.

ταῦθ᾽ ὁ Πρίηπος ἐγὼν ἐπιτέλλομαι, ὁ λιμενίτας,
ὤνθρωφ᾽, ὡς πλώοις πᾶσαν ἐπ᾽ ἐμπορίην.

CXXX.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἴξαλος εὐπώγων αἰγὸς πόσις ἔν ποτ᾽ ἀλῳῇ
οἴνης τοὺς ἁπαλοὺς πάντας ἔδαψε κλάδους.
τῷ δ᾽ ἔπος ἐκ γαίης τόσον ἄπυε· κεῖρε, κάκιστε,
γναθμοῖς ἡμέτερον κλῆμα τὸ καρποφόρον·
ῥίζα γὰρ ἔμπεδος οὖσα πάλιν γλυκὺ νέκταρ ἀνήσει,
ὅσσον ἐπισπεῖσαι σοί, τράγε, θυομένῳ.

CXXXI.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Νύμφαι ἐφυδριάδες, Δώρου γένος, ἀρδεύοιτε
τοῦτον Τιμοκλέους κᾶπον ἐπεσσύμεναι·

Nr. 130. Expressum ex Eveni Ep. nr. 98. ubi vid. notata. V. 1. ἴξαλος αἶξ est ibex seu caper montanus. Gallis *Bouquetin:* Germanis *Steinbock. Brunck.* Vide autem Heynio notata ad Il. δ. 105. Ἰξάλου. πηδητικοῦ. ὀξέος· ἀπὸ τοῦ ἴξαι, καὶ τοῦ ἅλλεσθαι. δηλοῖ δὲ καὶ ὀξέως ἀλλομένου. Hesych.

αἰγὸς πόσις. Hoc Latini poetæ sibi vindicarunt. Virg. Georg. iii. 125. " quem legere ducem, et pecori dixere maritum." Hor. I. c. xvii. 6. " quærunt latentes et thyma deviæ Olentis uxores mariti." V. 3. κεῖρε. Hom. Il. 559. ὄνος κείρει τ᾽ εἰσελθὼν βαθὺ λήϊον. Est Latinorum *tondere.* Virg. Georg. i. 15. " Ter centum nivei tondent dumeta juvenci." *Jac.*

V. 4. γναθμοῖς. *morsibus,* ut bene hanc vocem explicuit Musgravius ad Eurip. Med. 1210. Σάρκες δ᾽ ἀπ᾽ ὀστέων, ὥστε πεύκινον δάκρυ, Γναθμοῖς ἀδήλοις φαρμάκων ἀπέρρεον. *De Bosch.*

Nr. 131. Εἰς τὰς Νύμφας παρὰ Τιμοκλέους κηπούρου. V. 1. Δώρου γένος. Verba variis conjecturis tentata. In Δώρου nomen proprium montis aut fluvii latere videtur: nec corruptum fortasse nomen, sed ignotum. *Jac.*

καὶ γὰρ Τιμοκλέης ὕμμιν, κόραι, αἰὲν ὁ καπεὺς
κάπων ἐκ τούτων ὥρια δωροφορεῖ.

CXXXII.

ΔΙΟΤΙΜΟΥ ΜΙΛΗΣΙΟΥ.

Γραῖα, φίλη θρέπτειρα, τί μου προσιόντος ὑλακτεῖς,
καὶ χαλεπὰς βάλλεις δὶς τόσον εἰς ὀδύνας;
παρθενικὴν γὰρ ἄγεις περικαλλέα, τῆς ἐπιβαίνων
ἴχνεσι, τὴν ἰδικὴν οἶμον ἴδ' ὡς φέρομαι,
εἶδος ἐσαυγάζων μοῦνον γλυκύ. τίς φθόνος ὄσσων
δύσμορε; καὶ μορφὰς ἀθανάτων βλέπομεν.

CXXXIII.

ΠΑΜΦΙΛΟΥ.

Τίπτε παναμέριος, Πανδιονὶ κάμμορε κούρα,
μυρομένα κελαδεῖς τραυλὰ διὰ στομάτων;
ἦτοι παρθενίας πόθος ἵκετο, τάν τοι ἀπηύρα
Θρηΐκιος Τηρεὺς αἰνὰ βιησάμενος;

Nr. 132. Amantis sunt verba ad vetulam, puellæ quam deperit, nutricem, et in via comitem. Accedentem amantem vetula allatrat; id quod ejus dolores vehementer accendit. *Jac.* Cf. Pauli Sil. Ep. nr. 315. V. 1. ὑλακτεῖς. Soph. El. 299. τοιαῦθ' ὑλακτεῖ. ξὺν δ' ἐποτρύνει πέλας Ὁ κλεινὸς αὐτῇ ταῦτα νυμφίος παρών. ubi Schol. ἐμμανῶς καὶ ἀναιδῶς βοᾷ, ὡς κύων. V. 3, 4. Hos versus sic exponit Jacobsius; Puellam quidem comitor, verum sic meam viam persequor, ut nihil neque verbi, neque facti, audeam. Non cum ea ambulo, sed meas res agens, oculis puellam prosequor, quo nihil potest esse modestius, nec minus invidiosum.

Nr. 133. Epigramma Mnasalcæ 9. ante oculos habuit poeta. Philomelam interrogat, an perpetuas querelas fundens, virginitatis a Tereo ipsi ereptæ meminerit. Cf. Ovid. Met. vi. 523. *Jac.* V. 2. τραυλά. τραυλόν. Hesych. ἡδύ. λεπτόν. τραυλὸς autem *balbus, blæsus,* (vid. Lex. Herodot.) et τραυλίζω *balbutio,* sonat.

CXXXIV.

ΕΡΜΟΔΩΡΟΥ.

Τὰν Κνιδίαν Κυθέρειαν ἰδών, ξένε, τοῦτό κεν εἴποις·
αὐτὰ καὶ θνατῶν ἄρχε καὶ ἀθανάτων.
Τὰν δ' ἐνὶ Κεκροπίδαις δορυθαρσέα Παλλάδα λεύσσων,
αὐδάσεις· ὄντως βουκόλος ἦν ὁ Πάρις.

CXXXV.

ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ.

Λῇς ποτὶ τᾶν Μοισᾶν διδύμοις αὐλοῖσιν ἀεῖσαι
ἁδύ τί μοι; κἠγὼ πακτίδ' ἀειράμενος
ἀρξεῦμαί τι κρέκειν· ὁ δὲ Βωκόλος ἐγγύθεν ᾀσεῖ
Δάφνις, καροδέτῳ πνεύματι μελπόμενος.
ἐγγὺς δὲ στάντες λασιαύχενος ἐγγύθεν ἄντρου
Πᾶνα τὸν αἰγιβάταν ὀρφανίσωμες ὕπνου.

Nr. CXXXV. V. 5. forte *ἔμπροθεν ἄντρου*. *Jac.*

Nr. 134. Comparat poeta Venerem Cnidiam et Minervam Athenis positam, utramque tam excellentem, ut cui palma tribuenda sit, in dubio relinquatur. V. 4. *βουκόλος*. ingenio rustico, et ad pulcritudinis sensum duro. Apud Lucian. in Deorum Dial. xx. 4. Minerva Paridis judicium subitura Mercurium rogat, *τι δέ; τῶν πολεμικῶν ἐστὶν αὐτῷ ἐπιθυμία καὶ φιλόδοξός τις, ἢ τό πᾶν βουκόλος;* *Jac.*

Nr. 135. Elegans Epigramma et vere bucolicum. *Jac.* V. 1. *Λῇς* a dorico verbo *λῶ* h. e. *θέλω*. vid. Kœn. Gregor. Cor. p. 215. Cf. Eid. i. 12. V. 2. *πακτίδα.* Photii Lex. *πηκτίς. πανδούριον. ἤτοι Λύδιον ὄργανον, χωρὶς πλήκτρου ψαλλόμενον.* videtur fuisse *τὸ πανδούριον* instrumentum tribus fidibus tensum. *κρέκειν.* vid. notata ad Mnasalcæ Ep. nr. 419. V. 5. Vulgo legitur *λασίας δρυός, ἄντρου ὄπισθεν.* quam lectionem cum Valckenario atque aliis tuetur Kiesslingius, cui parum eleganter antrum virgultis et arbustis obsitum et quasi horridum, epitheto ab animalium hirsutorum cervice petito insigniri videtur. V. 6. Negat caprarius Eid. i. 15. sibi, Pane, deo suo, dormiente, licere fistula canere, quod hoc Epigrammate pastor sibi permissum putat. Pastores igitur, et bubulci, (Jacobsii verba sunt) Pana minus timuisse videntur quam caprarii, quos deus peculiari cura dignari existimabatur.

CXXXVI.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὦ δείλαιε τὺ Θύρσι, τί τοι πλέον, εἰ κατατάξεις
δάκρυσι διγλήνως ὦπας ὀδυρόμενος;
οἴχεται ἁ χίμαρος, τὸ καλὸν τέκος, οἴχετ' ἐς Ἅιδαν·
τραχὺς γὰρ χαλαῖς ἀμφεπίαξε λύκος.
αἱ δὲ κύνες κλαγγεῦντι· τί τοι πλέον, ἁνίκα τήνας
ὀστέον, οὐδὲ τέφρα λείπετ' ἀποιχομένας;

CXXXVII.

ΜΟΣΧΟΥ.

Λαμπάδα θεὶς καὶ τόξα, βοηλάτιν εἵλετο ῥάβδον
οὖλος Ἔρως, πήρην δ' εἶχε κατωμαδίην·
καὶ ζεύξας ταλαεργὸν ὑπὸ ζυγὸν αὐχένα ταύρων
ἔσπειρεν Δηοῦς αὔλακα πυροφόρον.
εἶπε δ' ἄνω βλέψας αὐτῷ Διΐ· πλῆσον ἀρούρας,
μή σε τὸν Εὐρώπης βοῦν ὑπ' ἄροτρα βάλω.

Nr. 136. Thyrsidem consolatur de capella quam lupus ipsi eripuerat. *Jac.* V. 1—3. *τί τοι πλέον.* vid. notat. ad Leonid. Tar. Ep. nr. 128. Cf. Asclepiad. Ep. nr. 118.—*οἴχεται.* frequens est verbum de mortuis.

V. 5. *κλαγγεῦντι.* Serum est nunc demum canes latrare, cum capella jam devorata sit. *Jac.* Ap. Xenophontem K. vi. 23. canes invadunt leporem *κεκλαγγυῖαι* quod a verbo *κλαγγάνειν* derivatum vult Lex. Xenophont.

Nr. 137. In Amorem arantem. Huic carmini gemmam aut tabulam pictam occasionem dedisse vix dubites. Virga instructus est Amor qua boves impellat. In humeri suspensam gerit *πήρην, τὸν θύλακον,* quo panem et ceterum victum servant agricolæ. *Jac.* V. 2. *κατωμαδίην, κατὰ τοὺς ὤμους.* *κατωμαδίοιο* est ap. Hom. Il ψ. 431. *οὖλον.* Hesych. *πότε μὲν τὸ μαλακὸν καὶ ἁπαλόν.* quatuor significatus vocis *οὖλος* numerantur ap. Etymol. M. p. 580. V. 4. De Jove in taurum mutato vid. Lucian. Dial. Mort. xv. p. 326. Cf. Meleagr. Ep. nr. 181. et Ep. Incert. nr. 346.

CXXXVIII.

ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ.

Ὠγρευτὴς, Ἐπίκυδες, ἐν οὔρεσι πάντα λαγωὸν
διφᾷ, καὶ πάσης ἴχνια δορκαλίδος,
στίβῃ καὶ νιφετῷ κεχρημένος. ἢν δέ τις εἴπῃ,
τῆ, τόδε βέβληται θηρίον· οὐκ ἔλαβεν.
χοὔμος ἔρως τοιόσδε· τὰ μὲν φεύγοντα διώκειν
οἶδε, τὰ δ' ἐν μέσσῳ κείμενα παρπέταται.

CXXXIX.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὕτως ὑπνώσαις, Κωνώπιον, ὡς ἐμὲ ποιεῖς
κοιμᾶσθαι ψυχροῖς τοῖσδε παρὰ προθύροις.
οὕτως ὑπνώσαις, ἀδικωτάτη, ὡς τὸν ἐραστὴν
κοιμίζεις· ἐλέου δ' οὐδ' ὄναρ ἠντίασας.
γείτονες οἰκτείρουσι· σὺ δ' οὐδ' ὄναρ. ἡ πολιὴ δὲ
αὐτίκ' ἀναμνήσει ταῦτά σε πάντα κόμη.

Nr. CXXXVIII. V. 3. χεχαρημένος. Bentl.—V. 4. τῆ. τῇ Blomfield.

Nr. 138. Hoc Epigramma expressit Horatius I. Sat. ii. 105. "Leporem venator ut alta In nive sectatur, positum sic tangere nolit; Cantat et apponit: Meus est amor huic similis: nam Transvolat in medio posita, et fugientia captat." V. 1. Verbis πάντα et πάσης monet Jacobsius indefessum venationis studium repræsentari. V. 3. κεχρημένος. Laudat Boschius Grotii versionem: "In nive pressa legens vestigia:" nam venator prorsus nive et pruina *utitur* ad legenda feræ vestigia iis impressa. V. 5. Theocrit. Eid. vi. 17. καὶ φεύγει φιλέοντα, καὶ οὐ φιλέοντα διώκει. Ovid. Amor. II. xix. 35. "Cuilibet eveniat, nocet indulgentia nobis: Quod sequitur fugio; quod fugit, ipse sequor." οἶδε. solet.

Nr. 139. In puellam invehitur sævam et crudelem, in cujus limine vigilat. V. 1. Propertius I. iii. 39. "O utinam tales producas improbe noctes, Me miseram quales semper habere jubes." *Jac.* V. 4. οὐδ' ὄναρ. Hoc paræmiacum negandi genus illustrat Jacobsius, exemplis a Scriptoribus Anthologiæ adductis. Vertit Grotius; "Quippe nec umbra levis de pietate tibi est." V. 5. ἡ πολιή. Propertius

CXL.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

vum in Piræum conducant. V. 5. *φυγόντα*. proficiscentem, nihil amplius. *Jac.*

Nr. 197. Scriptum est in statuam quæ simul Pana, Herculem, et Mercurium referebat. Mori veterum plurium Deorum signa in unum conflandi, fortasse locum dedit nobilissima ap. Homer. descriptio Il. *β*. 479. *μετὰ δὲ κρείων Ἀγαμέμνων, Ὄμματα καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διῒ τερπικεραύνῳ, Ἄρεϊ δὲ ζώνην, στέρνον δὲ Ποσειδάωνι. Jac.*

Nr. 198. Ex poetæ sodalitio Antigene et Bacchio subitanea morte extinctis, Sosylum amicum monet ne quamvis fruendi opportunitatem elabi sinat.

V. 1—4. Inest in his veris descriptio, quod anni tempus potissimum ad vitæ fructum invitat. *καυλοὺς κράμβης* cum lente et cochleis commemorat Automedon (nr. 653.) Martial. L. x. 48. "Et faba fabrorum, prototomique rudes." *μαίνη* nihil diversa videtur a *μαινίς*, qui piscis est e sparorum genere. *ἁλίτυρος*. caseus bene salsus, et vixdum coactus. *θριδάκων*. lactuca sativa, quæ distinguitur a *θριδακίνη*. V. 5. *ἀκτῆς*. Homines gulæ et voluptatibus dediti in littore convivari

καὶ μαίνη ζαλαγεῦσα, καὶ ἀρτιπαγὴς ἁλίτυρος,
  καὶ θριδάκων οὔλων ἀφροφυῆ πέταλα.
ἡμεῖς δ' οὔτ' ἀκτῆς ἐπιβαίνομεν, οὔτ' ἐν ἀπόψει
  γιγνόμεθ', ὡς αἰεί, Σωσύλε, τὸ πρότερον;
καὶ μὴν Ἀντιγένης καὶ Βάκχιος ἐχθὲς ἔπαιζον·
  νῦν δ' αὐτοὺς θάψαι σήμερον ἐκφέρομεν.

CXCIX.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Αὔριον εἰς λιτήν σε καλιάδα, φίλτατε Πείσων,
  ἐξ ἐνάτης ἕλκει μουσοφιλὴς ἕταρος,
εἰκάδα δειπνίζων ἐνιαύσιον, εἰ δ' ἀπολείψῃς
  οὔθατα καὶ Βρομίου χιογενῆ πρόποσιν,
ἀλλ' ἑτάρους ὄψει παναληθέας, ἀλλ' ἐπακούσῃ
  Φαιήκων γαίης πουλὺ μελιχρότερα·
ἢν δέ ποτε στρέψῃς καὶ ἐς ἡμέας ὄμματα, Πείσων,
  ἄξομεν ἐκ λιτῆς εἰκάδα πιοτέρην.

Nr. CXCVIII. V. 3. λαλαγεῦσα. Br. σελαγεῦσα. Scaliger.

solebant. Inter voluptatis instrumenta *actæ* commemorantur ap. Cic. c. Cælium. *Jac.* ἄποψις. locus unde latissimus patet videndi campus. V. 7—8. Ad renovandas voluptates ipsa vitæ brevitas admonet. Recte Brodæus, judicante Jacobsio, interpretatur. "Quum brevis sit vitæ humanæ cursus, cur voluptates aspernamur?"

Nr. 199. Philodemus Pisonem invitat ut secum vicesimum mensis diem cœna celebret. Agitur in hoc carmine de anniversario festo quod Epicurei in magistri sui natalibus celebrare solebant, unde Εἰκαδισταὶ appellati sunt. Sed non solum natalem diem, sed vicesimum quemque Lunæ diem celebrari per testamentum jusserat. vid. Cic. de Fin. Lib. ii. §. 101. *Jac.*

V. 1. καλιάδα. *une petite maison rustique, une cabanne, une baraque de bois. Chardon de la Rochette.* V. 2. ἐνατῆς. nonam, sobriam horam, proponit. V. 4. οὔθατα, sumina, turgentes porcæ papillæ, Romanis inter delicias erant. V. 6. Φαιήκων. respicit Hom. Od. θ. 248. *αἰεὶ δ' ἡμῖν δαῖς τε φίλη, κίθαρίς τε χοροί τε.* Ultimum

CC.

ΑΡΧΙΟΥ.

Χάλκεος, ἀλλ' ἄθρησον ὅσον θράσος ἄνυσε κάπρου
ὁ πλάστας, ἔμπνουν θῆρα τυπωσάμενος,
χαίτας αὐχενίους πεφρικότα, θηκτὸν ὀδόντα
βρύχοντα, γλήναις φρικτὸν ἱέντα σέλας,
ἀφρῷ χείλεα πάντα δεδευμένον· οὐκέτι θάμβος,
εἰ λογάδα στρατιὴν ὤλεσεν ἡμιθέων.

CCI.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Αὐτὰν ἐκ πόντοιο τιθηνητῆρος Ἀπελλῆς
τὰν Κύπριν γυμνὰν εἶδε λοχευομέναν,
καὶ τοίαν ἐτύπωσε, διάβροχον ὕδατος ἀφρῷ
θλίβουσαν θαλεραῖς χερσὶν ἔτι πλόκαμον.

CCII.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ, οἱ δὲ ΑΡΧΙΟΥ.

Ἠχὼ πετρήεσσαν ὁρᾷς, φίλε, Πᾶνος ἑταίρην,
ἀντίτυπον φθογγὴν ἔμπαλιν ᾀδομένην,

distichon sic exponit Jacobsius; Si in me converteris oculos, illud anniversarium non exiguum et tenue, sed pingue et opimum festum nobis celebrabitur. In his igitur verbis summæ est reverentiæ, qualis clientem erga patronum decet, significatio.

Nr. 200. In aprum Calydonium ex ære confictum. Ducta est descriptio, ut monet Jacobsius, ex Hesiodi scuto 388. θήγει δέ τε λευκὸν ὀδόντα Δοχμωθεὶς, ἀφρὸς δὲ περὶ στόμα μαστιχόωντι Λείβεται, ὄσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐΐκτην, Ὀρθὰς δ' ἐν λοφιῇ φρίσσει τρίχας, ἀμφί τε δειρήν. Cf. Hom. Il. ν. 473.

Nr. 201. In Apellis Venerem Anadyomenem. Cf. Leonid. Tar. Ep. nr. 125. et Antip. Sid. Ep. nr. 147. atque ibi notata.

Nr. 202. In Echûs statuam. Cf. Ep. Incert. nr. 370. V. 1. πετρήεσσαν. in

παντοίων στομάτων λάλον εἰκόνα, ποιμέσιν ἡδὺ
παίγνιον. ὅσσα λέγεις, ταῦτα κλύων ἄπιθι.

CCIII.

ΑΡΧΙΟΥ, οἱ δε ΠΑΡΜΕΝΙΩΝΟΣ.

Εὔφημος γλώσσῃ παραμείβεο τὴν λάλον Ἠχώ,
κοὐ λάλον· ἤν τι κλύω, τοῦτ' ἀπαμειβομέναν.
εἰς σὲ γὰρ ὃν σὺ λέγεις στρέψω λόγον· ἢν δὲ σιωπᾷς,
σιγήσω. τίς ἐμεῦ γλῶσσα δικαιοτέρη;

CCIV.

ΑΡΧΙΟΥ.

Τοῦδέ με κυματοπλῆγος ἐπὶ σκοπέλοιο Πρίηπον
ναῦται Θρηϊκίου θέντο πόρου φύλακα,
πολλάκις οἷς ἤϊξα ταχὺς καλέουσιν ἀρωγός,
ξεῖνε, κατὰ πρύμνης ἡδὺν ἄγων Ζέφυρον.
τοὔνεκεν οὔτ' ἄκνισσον, ὅπερ θέμις, οὔτ' ἐπιδευῆ
εἴαρος ἀθρήσεις βωμὸν ἐμὸν στεφάνων,
ἀλλ' αἰεὶ θυόεντα καὶ ἔμπυρον· οὐδ' ἑκατόμβη
τόσσον, ὅσον τιμὴ δαίμοσιν ἁνδάνεται.

scopulis habitantem. V. 3. *παντοίων στομ.* "cujuslibet oris imago." Grotius. ut Virg. Georg. IV. 50. "Psittacus—loquax, humanæ vocis imago."

Nr. 203. Ingeniose Echo docet sua lingua nullam æquiorem esse. Cf. Ovid. Metam. iii. 536. "Vocalis Nymphe, quæ nec reticere loquenti, Nec prior ipsa loqui didicit, resonabilis Echo." *Jac.*

Nr. 204. Priapus in Bosporo Thracio collocatus, se nautis, qui numen implorent suum, præsens auxilium ferre, et propterea ab iisdem nunquam non donis et honoribus coli gloriatur. *Jac.*

V. 4. *κατὰ πρύμνης.* ventus secundus, *πόμπιμος.* Sic Virg. Æn. iii. 133. "Prosequitur surgens a puppi ventus euntis." Huic opponitur *πνεῦμα ἐκ πρώρας.* Soph. Phil. 639. *De Bosch.* V. 5—8. Ex merito igitur ara mea floribus et victimis nunquam carebit.—*τιμή.* Confert Boschius Eur. Hippol. 7. *ἔνεστι γὰρ δὴ κἀν θεῶν γένει τόδε, Τιμώμενοι χαίρουσιν ἀνθρώπων ὕπο.*

CCV.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Βαιὸς ἰδεῖν ὁ Πρίηπος ἐπ' αἰγιαλῖτιδα ναίω
  χηλὴν, αἰθυίαις οὔποτ' ἐναντίβιος,
φοξὸς, ἄπους, οἷόν κεν ἐρημαίῃσιν ἐπ' ἀκταῖς
  ξέσσειαν μογερῶν υἱέες ἰχθυβόλων.
ἀλλ' ἤν τις γριπεὺς με βοηθόον, ἢ καλαμευτὴς
  φωνήσῃ, πνοιῆς ἵεμαι ὀξύτερος.
λεύσσω καὶ τὰ θέοντα καθ' ὕδατος· ἦ γὰρ ἀπ' ἔργων
  δαίμονες, οὐ μορφᾶς γνωστὸν ἔχουσι τύπον.

CCVI.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὁ πρὶν ἀελλοπόδων λάμψας πλέον Αἰετὸς ἵππων,
  ὁ πρὶν ὑπαὶ μίτραις κῶλα καθαψάμενος,
ὃν Φοίβου χρησμῳδὸς ἀέθλιον ἔστεφε Πυθώ,
  ὀρνύμενον πτανοῖς ὠκυπέταις ἴκελον,

Nr. CCV. V. 2. οὔποτε ἀντίβιος Br. οὔποτ' ἐναντίβιος conjectura est Hermanni.

Nr. 205. Priapus rudi arte elaboratus, se piscatoribus et nautis opem ferre ait, numenque suum adeo operibus potius quam forma manifestum fieri. *Jac.*

V. 2. χηλή. Lex. Xen. *crepido, saxa eminentia quæ infimum murum cingunt.* Cf. Schol. Thucyd. i. 63. notione generaliori, aggeres, moles, curvamine quodam in mare productæ. αἰθυίαις οὔπ. ἐναντ. interpretatur Jacobsius: deus Hellespontiacus se in hac regione avibus infestum esse negat.

V. 3. φοξός. Hesych. λιπόδερμος. ὀξυκέφαλος. Cf. Schol. ad Hom. Il. β. 219.—ἄπους. quo modo poni nolebat Mercurius in Xenocratis Ep. *De Bosch.*

V. 7, 8. τὰ θέοντα. naves esse videntur; per omne mare quæ currunt. de piscibus sunt qui accipiant. γνωστὸν τύπον. Deorum indoles ex eorum operibus cognoscitur. in locutionibus τὸν τύπον νοεῖν, ἀγνοεῖν, de charactere accipiendum. *Jac.*

Nr. 206. Equi sortem poeta conqueritur, qui post multas victorias ex gymnicis certaminibus reportatis, molam agere cogebatur. *Jac.*

V. 1, 2. Αἰετός. nobilium avium

καὶ Νεμέη βλοσυροῖο τιθηνήτειρα λέοντος,
Πῖσά τε, καὶ δοιὰς ἠόνας Ἰσθμὸς ἔχων,
νῦν κλοιῷ δειρὴν πεπεδημένος, οἷα χαλινῷ,
καρπὸν ἐλᾷ Δηοῦς ὀκριόεντι λίθῳ,
ἴσαν μοῖραν ἔχων Ἡρακλέι· καὶ γὰρ ἐκεῖνος
τόσσ᾽ ἀνύσας δούλαν ζεῦγλαν ἐφηρμόσατο.

CCVII.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὁ πρὶν ἐπ᾽ Ἀλφειῷ στεφανηφόρος, ὦ 'νερ, ὁ τὸ πρὶν
δισσάκι κηρυχθεὶς Κασταλίης παρ᾽ ὕδωρ,
ὁ πρὶν ἐγὼ Νεμέῃ βεβοημένος, ὁ πρὶν ἐπ᾽ Ἰσθμῷ
πῶλος, ὁ πρὶν πτηνοῖς ἶσα δραμὼν ἀνέμοις,
νῦν ὅτε γηραιός, γυροδρόμον ἠνίδε πέτρον
δινεύω, στεφέων ὕβρις ἐλαυνόμενος.

CCVIII.

ΛΕΩΝΙΔΑ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ.

Αἶαν ὅλην νήσους τε διϊπταμένη σὺ χελιδών,
Μηδείης γραπτῇ πυκτίδι νοσσοτροφεῖς.

Nr. CCVII. V. 4. Fort. πτηνοῖς, ἶσα δραμών τ᾽ ἀνέμοις. *Jac.*

nomina equis cursoriis sæpe data sunt. μίτραις. ornamentis et phaleris. V. 7. κλοιῷ. κλοιός. vinculum quod collo circumdatur, jugum collare. Schleusner. Thes. Vet. T. κλοιός. περιτραχήλιος δεσμός. Phot. Lex.—ἐλᾷ Br. cum Pierson. ἀλεῖ. Vulgatam tuetur Jacobsius, cujus verba sunt ad edit. Palat. "Quum lapis molaris dicatur ἐλαύνεσθαι, etiam de equo saxum circumagente ἐλαύνειν usurpari posse videtur." V. 8. Cf. Ovid. Heroid. ix. 81.

Nr. 207. Hoc carmen idem argumentum, sed longe brevius et elegantius enarrat. *Jac.* V. 1, 2. ἐπ᾽ Ἀλφείῳ. in Olympico certamine. Κασταλίης. in Pythico. V. 4. ἶσα—ἀνέμοις. Hom. Il. κ. 437. θείειν ἀνέμοισιν ὁμοῖοι. Virg. Æn. vii. 807. "cursuque pedum prævertere ventos." V. 6. στεφέων ὕβρις. "pudor O probrumque coronis." Grotius.

Nr. 208. In Plan. hoc carmen Archiæ inscribitur.

Scriptum in hirundinem, quæ in

ἔλπῃ δ᾽ ὀρταλίχων πίστιν σέο τήνδε φυλάξειν
    Κολχίδα, μηδ᾽ ἰδίων φεισαμένην τεκέων;

CCIX.

ΠΟΜΠΗΙΟΥ, οἱ δὲ ΜΑΡΚΟΥ ΝΕΩΤΕΡΟΥ.

Εἰ καὶ ἐρημαίη κέχυμαι κόνις ἔνθα Μυκήνη,
    εἰ καὶ ἀμαυροτέρη παντὸς ἰδεῖν σκοπέλου,
Ἴλου τις καθορῶν κλεινὴν πόλιν, ἧς ἐπάτησα
    τείχεα, καὶ Πριάμου πάντ᾽ ἐκένωσα δόμον,
γνώσεται ἔνθεν ὅσον πάρος ἔσθενον. εἰ δέ με γῆρας
    ὕβρισεν, ἀρκοῦμαι μάρτυρι Μαιονίδῃ.

CCX.

ΜΥΡΙΝΟΥ.

Θύρσις ὁ κωμήτης, ὁ τὰ νυμφικὰ μῆλα νομεύων,
    Θύρσις ὁ συρίζων Πανὸς ἴσον δόνακι,
ἔνδιος οἰνοπότης σκιερὰν ὑπὸ τὰν πίτυν εὕδει·
    φρουρεῖ δ᾽ αὐτὸς ἑλὼν ποίμνια βάκτρον Ἔρως.

tabula Medeæ imaginem exhibente nidum exstruxerat. *Jac.* V. 2, 3. πυκτίδι. tabulæ. ὀρτάλιχοι· οἱ μηδέπω πετόμενοι νεοττοί. Phot. Lex. Thebanum vocabulum esse testatur Athenæus xiv. p. 622. ubi de gallo gallinaceo usurpatur.

Nr. 209. De Mycenis temporis vetustate dirutis et eversis. Ipsa urbs loquitur. Quantum olim valuerit, Trojæ ruinas indicare, et Homeri testimonium. V. 2. ἀμαυροτέρη. rupe nuda obscurior et ignotior. *Jac.* Hom. Od. δ. 824. προσέφη εἴδωλον ἀμαυρόν. vid. notata ad Leonid. Tar. Ep. nr. 126.

V. 3. ἧς ἐπάτησα. Proprie de victore qui pede superbo urbis cineres et ruinas calcat. Horat. Epod. xvi. 11. "Barbarus heu cineres insistet victor, et urbem Eques sonante verberabit ungula." Omnino autem verbis πατεῖν et καταπατεῖν adhæsit contemnendi et despiciendi notio. Hesych. πατέουσι. καταφρονήσουσι. *Jac.*

Nr. 210. Thyrsis qui Nympharum greges solebat pascere, in pini umbra dormit; prope adstat Amor, pedoque

ἆ Νύμφαι, Νύμφαι, διεγείρατε τὸν λυκοθαρσῆ
βοσκόν, μὴ θηρῶν κύρμα γένηται Ἔρως.

CCXI.

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Τρὶς δέκα με πνεύσειν καὶ δὶς τρία μάντιες ἄστρων
φασίν· ἐμοὶ δ' ἀρκεῖ καὶ δεκὰς ἡ τριτάτη.
τοῦτο γὰρ ἀνθρώποις βιοτῆς ὅρος· οἱ δ' ἐπὶ τούτοις
Νέστορι· καὶ Νέστωρ δ' ἤλυθεν εἰς Ἀΐδην.

CCXII.

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Ἡ κόρυς ἀμφοτέρην ἔλαχον χάριν· εἰμὶ δ' ὁρᾶσθαι
καὶ τερπνὴ φιλίοις, καὶ φόβος ἀντιπάλοις.
ἐκ δὲ Πυλαιμένεος Πείσων μ' ἔχει· ἔπρεπεν ἄλλαις
οὔτε κόρυς χαίταις, οὔτε κόμαι κόρυθι.

sumpto, pastorem agit. Pro Amore sollicitus poeta Nymphas monet ut Thyrsidem expergefaciant, ne Amor ferarum præda fiat. *Jac.* V. 5, 6. λυκοθαρσής. lupina quadam audacia præditus. θηρῶν κύρμα. Hom. Od. ε. 473. δείδω μὴ θήρεσσιν ἕλωρ καὶ κύρμα γένωμαι. Tabulæ pictæ argumentum hoc carmine enarrari suspicatur Jacobsius.

Nr. 211. Quum astrologi poetæ prædixissent eum sex et triginta annos impleturum esse, ille triginta annorum ætatem sibi sufficere ait. Expressum carmen ex Ep. Incert. nr. 379. quod archetypum esse nullus dubito. *Jac.* V. 3. βιοτῆς. veræ vitæ, juvenilis ætatis, terminus. οἱ δ' ἐπὶ τούτοις. subaud. χρόνοι. durior ellipsis, cui mederi conatur Jacobsius ad Edit. Palat. legendo ἡ δ' ἐπὶ τ. (βιοτὴ scilicet.)

Nr. 212. Pylæmenis galea L. Calpurnio Pisoni dono offertur. Pylæmenes is esse videtur, quem Paphlagonum ducem fuisse ait Homer. Il. β. 851. Hujus galeam nescio ubi servatam, dignum Pisone munus existimat Antipater. *Jac.*

CCXIII.

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Ἀντίπατρος Πείσωνι γενέθλιον ὤπασε βίβλον
  μικρήν, ἐν δὲ μιῇ νυκτὶ πονησάμενος.
ἵλαος ἀλλὰ δέχοιτο, καὶ αἰνήσειεν ἀοιδόν,
  Ζεὺς μέγας ὡς ὀλίγῳ πειθόμενος λιβάνῳ.

CCXIV.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τάσδε θεογλώσσους Ἑλικὼν ἔθρεψε γυναῖκας
  ὕμνοις, καὶ Μακεδὼν Πιερίας σκόπελος,
Πρήξιλλαν, Μοιρώ, Ἀνύτης στόμα, θῆλυν Ὅμηρον,
  Λεσβιάδων Σαπφὼ κόσμον ἐϋπλοκάμων,
Ἤρινναν, Τελέσιλλαν ἀγακλέα, καὶ σέ, Κόριννα,
  θοῦριν Ἀθηναίης ἀσπίδα μελψαμέναν,
Νοσσίδα θηλύγλωσσον, ἰδὲ γλυκυαχέα Μύρτιν,
  πάσας ἀενάων ἐργάτιδας σελίδων.

Nr. 213. Antipater patrono suo Pisoni, natales celebranti, versiculos mittens eum rogat ut exiguum munusculum, unius noctis laborem, serena fronte excipere velit. *Jac.* V. 3, 4. Nec dedignetur poetam, quum Jupiter ipse *farre pio et saliente mica* molliatur. Comparavit Opsopæus Tibull. IV. El. i. 14. "Parvaque cælestes placavit mica, nec illis Semper inaurato taurus cadit hostia cornu. Hic quoque sit gratus parvus labor, ut tibi possim Inde alios aliosque memor componere versus."

Nr. 214. In novem poetrias quæ in Græcia floruerunt. V. 1. ἔθρεψε ὕμνοις. carminibus aluit, carmina ipsis inspiravit, quandoquidem canendi facultas ex fonte caballino hauritur. V. 3. Ἀνύτης στόμα. Eadem circumlocutione Velleius utitur i. 18. p. 73. "nisi Thebas unum os Pindari inluminaret." *Jac.*

V. 5. Τελέσιλλαν. Hujus nullum carmen exstat. Non tantum erat musica, sed bellatrix Argiva; quæ de Spartanis gloriosam victoriam reportavit, quare Luciano dicta γυναικῶν Ἄρης. quod confirmatur carmine Delphico, celebrato ap. Herodot. vi. c. 77. *De Bosch.* Corinnæ nulla carmina exstant. Thebis, sive Tanagræ Bœotiæ

ἐννέα μὲν Μούσας μέγας Οὐρανός· ἐννέα δ' αὐτὰς
Γαῖα τέκεν, θνατοῖς ἄφθιτον εὐφροσύναν.

CCXV.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὄβριμον ἀκαμάτου στίχον αἴνεσον Ἀντιμάχοιο,
ἄξιον ἀρχαίων ὀφρύος ἡμιθέων,
Πιερίδων χαλκευτὸν ἐπ' ἄκμοσιν, εἰ τορὸν οὖας
ἔλλαχες, εἰ ζαλοῖς τὰν ἀγέλαστον ὄπα,
εἰ τὰν ἄτριπτον καὶ ἀνέμβατον ἀτραπὸν ἄλλοις
μαιέαι. εἰ δ' ὕμνων σκᾶπτρον Ὅμηρος ἔχει,
καὶ Ζεύς τοι κρέσσων Ἐνοσίχθονος· ἀλλ' Ἐνοσίχθων
τοῦ μὲν ἔφυ μείων, ἀθανάτων δ' ὕπατος.
καὶ ναετὴρ Κολοφῶνος ὑπέζευκται μὲν Ὁμήρῳ,
ἀγεῖται δ' ἄλλων πλάθεος ὑμνοπόλων.

CCXVI.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Βίβλοι Ἀριστοφάνευς, θεῖος πόνος, αἷσιν Ἀχαρνεὺς
κισσὸς ἐπὶ χλοερὴν πουλὺς ἔσεισε κόμην.

urbis nata, floruit circa OL. LXIX. V. 7. Μύρτιν Pindari magistram fuisse narrat Suidas in Πίνδαρος. Et hujus nulla carmina supersunt.

Nr. 215. In laudem Antimachi, quem uni Homero cedere, reliquis autem poetis præstare, affirmat Antipater. Fuit autem duplex grammaticorum familia, quorum hi Homero, illi Antimacho omnia summa tribuerent. Homerum cum Antimacho composuit Propertius II. El. xxv. 45. "Tu non Antimacho, non tutior ibis Homero." V. 1—6. ὄβριμος στίχος. Sic Hor. I. Serm. x. 44. "Forte epos acer, Ut nemo, Varius ducit." ὀφρύος. Dignitatem gravitatemque heroum significat. *Supercilium* sic passim ap. Latinos. V. 3. τόρον οὖας. Si *teretes aures* nactus es. V. 4. ἀγέλαστον ὄπα. Antimachum affectibus et jucunditate destitui judicat Quintil. Inst. Or. x. 1. 53. V. 6. εἰ δ'. Color idem est ut ap. Horat. IV. c. ix. 5. *Jac.*

Nr. 216. In Aristophanis carmina et Bacchici spiritus et venustatis plenissima. *Jac.* V. 1. Ἀχαρνεύς. Cf. Simmiæ Theb. Ep. nr. 410. de Sopho-

ἠνίδ' ὅσον Διόνυσον ἔχει σελὶς, οἷα δὲ μῦθοι
ἠχεῦσιν, φοβερῶν πληθόμενοι χαρίτων.
ὦ καὶ θυμὸν ἄριστε, καὶ Ἑλλάδος ἤθεσιν ἶσα
κωμικὲ, καὶ στύξας ἄξια καὶ γελάσας.

CCXVII,

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὀρφεὺς θῆρας ἔπειθε· σὺ δ' Ὀρφέα. Φοῖβος ἐνίκα
τὸν Φρύγα· σοὶ δ' εἴκει μελπομένῳ, Γλάφυρε.
οὔνομα καὶ τέχνης καὶ σώματος· οὔ κεν Ἀθήνη
ἔῤῥιψεν λωτοὺς τοῖα μελιζομένη.
οἷα σὺ ποικιλοτερπές· ἀφυπνώσαι κεν ἀκούων
αὐτὸς Πασιθέης Ὕπνος ἐν ἀγκαλίσιν.

Nr. CCXVI. V. 6. ἀστικὰ corrigit Jacobs.

cle. Archarnæ vicus circiter septem millia passuum Athenis abfuit. V. 3—4. Διόνυσον. Vertit Grotius: "Aspice quam multo rapiatur pagina Baccho, Plena quidem Venerum, sed metuenda tamen." Voces φοβερῶν χαρίτων illustrat Jacobsius ex Demetrio Phal. ubi de Homero agens, ait, καὶ παίζων φοβερώτερός ἐστι, πρῶτός τε εὑρηκέναι δοκεῖ φοβερὰς χάριτας. V. 5. Ἑλλάδος ἤθεσιν. facetis, dicacibus, cavillantibus. O generose et salse comice. facetissimum vocat Cicero, qui præter cæteros Græcos, Atticos facetiis excellere lib. de oratore testatur. *Brodæus.* στύξας ἀστικὰ legendum putat Jacobsius; *urbanus, sive rideas, sive lacessas.*

Nr. 217. In Glaphyrum tibicinem. V. 2. Τὸν Φρύγα. Marsyam. Γλάφυρε. Glaphyrus fuit nobilis citharædus, homo scitus, elegans, venustus, politus et jucundus, ut ipsius nomen indicat; de qua ad nomina propria verborum allusione ab optimis Græcis et Latinis scriptoribus summa cum laude frequentata vid. supra ad Philodem. Ep. (nr. 192.) De Glaphyro Juv. vi. 77. "Accipis uxorem de qua citharædus Echion, Aut Glaphyrus fiat pater." *De Bosch.*

V. 5—6. Somnus ipse suaves hos numeros audiens in Pasitheæ ulnis expergisceretur. *Jac.* Verbum ἀφυπνόω Lucæ tantum auctoritate nititur, apud quem obdormiendi significationem habet. ἀφυπνίζω autem *e somno excitare,* significat. vid. Pierson. ad Mœr. p. 61.

CCXVIII.

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Ἵμερον αὐλήσαντι πολυτρήτων διὰ λωτῶν
εἶπε λιγυφθόγγῳ Φοῖβος ἐπὶ Γλαφύρῳ·
Μαρσύη, ἐψεύσω τεὸν εὕρεμα, τοὺς γὰρ Ἀθήνης
αὐλοὺς ἐκ Φρυγίης οὗτος ἐληΐσατο·
εἰ δὲ σὺ τοιούτοις τότ' ἐνέπνεες, οὐκ ἂν Ὕαγνις
τὴν ἐπὶ Μαιάνδρῳ κλαῦσε δύσαυλον ἔριν.

CCXIX.

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Πριομένα κάλλει Γανυμήδεος εἶπέ ποθ' Ἥρα,
Θυμοβόρον ζάλου κέντρον ἔχουσα νόῳ.
Ἄρσεν πῦρ ἔτεκεν Τροίᾳ Διΐ· τοιγὰρ ἐγὼ πῦρ
πέμψω ἐπὶ Τροίᾳ πῆμα φέροντα Πάριν·
ἥξει δ' Ἰλιάδαις οὐκ αἰετός, ἀλλ' ἐπὶ θοίναν
γῦπες, ὅταν Δαναοὶ σκῦλα φέρωσι πόνων.

Nr. 218. In eundem Glaphyrum, quem poeta Minervæ tibiis uti affirmat. *Jac.* V. 1. λωτῶν. vid. notata ad Alcæi Ep. nr. 142.

V. 3. Mentitus es, Marsya, cum te Minervæ tibias reperisse gloriatus es. *Jac.* V. 5. Ὕαγνις, Hyagnis Marsyæ pater fuit.

Nr. 219. Juno Jovis et Ganymedis amoribus ad iram incensa, Trojæ ruinam minatur. *Jac.* V. 1. πριομένα. πρίω proprie *serra seco.* Aristoph. Ran. 958. μὴ πρίε τοὺς ὀδόντας. *noli serrare dentes.* hinc πρίεσθαι, διαπρίεσθαι usurpantur de iis *qui vehementer animo commoventur, valde indignantur, et irascuntur.* vid. Schleusner. Lex. in N. T.

V. 3. πῦρ. quo deflagratura est Troja, ad Hecubæ vulgo notum somnium forte alludit. *Brodæus.* V. 5. οὐκ αἰετός. non aquila ut olim cum Ganymedem sustulit. Cf. Hor. III. c. ii. 18.

CCXX.

ΑΛΦΕΙΟΥ.

Ἁρπάσομαι πυρόεσσαν, Ἔρως, χερὸς ἐκ σέο πεύκην,
συλήσω δ' ὤμων ἀμφικρεμῆ φαρέτρην,
εἴ γ' ἐτύμως εὕδεις, πυρὸς ἔγγονε, καὶ σέο φῶτες
πρὸς βαιὸν τόξων εὐνομίην ἄγομεν.
ἀλλὰ καὶ ὥς σε δέδοικα, δολοπλόκε, μή τινα κεύθῃς
εἰς ἐμέ, κὴν ὕπνῳ πικρὸν ὄνειρον ἴδῃς.

CCXXI.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ.

Ἡδὺ παρειάων πρῶτον θέρος ἤματι τούτῳ
κείρεο, καὶ γενύων ἠϊθέους ἕλικας,
Γάϊε· σὸν δὲ πατὴρ χερὶ δέξεται εὐκτὸν ἴουλον
Λεύκιος, αὐξομένου πουλὺν ἐς ἠέλιον.
δωρεῦνται χρυσέοισιν, ἐγὼ δ' ἱλαροῖς ἐλέγοισιν·
οὐ γὰρ δὴ πλούτου Μοῦσα χερειοτέρη.

Nr. 220. Amori dormienti poeta facem et pharetram eripere conatur; sed sævum puerum vel dormientem timens, a conatu abstinet. Expressit hoc carmen Statyll. Flacc. (nr. 249.) *Jac.* V. 4. *εὐνομίην.* pacem de sagittis. *εὐνομίη. εἰρήνη.* Suid. V. 5. Ex *δολοπλόκε* ad *κεύθῃς* substantivum *δόλον* assumendum docet Jacobsius; ordo est, *μή τινα κεύθῃς δόλον.*

Nr. 221. Caium, Lucii filium, primam barbam detondentem, poeta, cæteris aurea munera ferentibus, carminibus celebrat. *Jac.*

V. 1. Ephebi olim Apollini aut fluminibus capillum et barbam primam tondebant. Callim. Del. 298. *παῖδες δὲ θέρος τὸ πρῶτον ἰούλων Ἄρσενες ἠϊθέοισιν ἀπαρχόμενοι φορέουσιν.* quo die suos familiares conviviis excipiebant Romani. *Brodæus.* *θέρος.* primam messem lanuginis. *ἕλικας* Jacobsius ad Straton. Ep. ix. interpretatur *flavos et delicatos cincinnos.* i. q. *ἴουλος.* V. 5. In eundem sensum Hor. IV. c. viii. 9. "Non hæc mihi vis; nec tibi talium Res est aut animus deliciarum egens. Gaudes carminibus; carmina possumus Donare, et pretium dicere muneri."

CCXXII.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἀγροτέρων θεός εἰμι. τί μοι χρυσέοις δεπάεσσι
σπένδετε; ποῦ δ' Ἰταλοῦ χεῖτε μέθυ Βρομίου,
καὶ γυροὺς ταύρων πέτρῃ προσδεῖτε τένοντας;
φείσασθ'· οὐ τούτοις θύμασι τερπόμεθα.
Πὰν ὁ παρωρείτης, αὐτόξυλος, ἀρνεοθοίνης
εἰμι, καὶ ἐγχθονίου γλευκοπότης κύλικος.

CCXXIII.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἡ ΚΑΘΑΡΗ (Νύμφαι γὰρ ἐπώνυμον ἔξοχον ἄλλων
κρήνῃ πασάων δῶκαν ἐμοὶ λιβάδων)

Nr. CCXXII. V 2. Fortasse scribendum τοῦ δ' Ἰταλοῦ. *Jac.*

Nr. 222. Pan, deus agrestis, sibi ex aureis poculis, vino pretioso, majoribusve victimis litari nolit. *Jac.* V. 2. Ἰταλοῦ. peregrini, e longinquo arcessiti. V. 3. πέτρῃ. *statuæ aut aræ. Brodæus.* Priorem interpretationem comprobare videtur Grotius. γυροὺς τένοντας. vel *rotundas* taurorum *cervices*, vel *incurvata crura.* Cf. Elmsl. ad Med. 1134.

V. 5, 6. αὐτόξυλος. Optima est observatio Eustathii ad Il. ψ. p. 1457. 34. plurimis vocabulis, quæ cum αὐτὸς composita sunt, recensitis; αὐτόξυλον ἔκπωμα παρὰ Σοφοκλεῖ (Philoctet. 35.) καὶ ὅλως ὅσα ἔργα οὐκ εἰς κάλλος ἐσκεύασται.—ἀρνεοθοίνης. agna contentus. ἐγχθονίου κύλικος. vini domestici, in ipso agro nati, pocula. *Jac.*

Nr. 223. Fons, cui nomen *puri*, manare desierat, ex quo latro ibi cruentas manus abluerat. Huc facit Pausan. L. ix. 30. p. 769. de amne Helicone agens, quem Diætæ olim aperto alveo manasse narrabant: τὰς γυναῖκας δὲ, αἱ τὸν Ὀρφέα ἀπέκτειναν, ἐναπονίψασθαι οἱ θελῆσαι τὸ αἷμα· καταδῦναι δὲ ἐπὶ τούτῳ τὸν ποταμὸν εἰς τὴν γῆν, ἵνα δὴ μὴ τοῦ φόνου καθάρσια τὸ ὕδωρ παράσχηται. V. 1. Junge (ἐγὼ) ἡ κα-

ληϊστὴς ὅτε μοι παρακλίντορας ἔκτανεν ἄνδρας,
  καὶ φονίην ἱεροῖς ὕδασι λοῦσε χέρα,
κεῖνον ἀναστρέψασα γλυκὺν ῥόον, οὐκέθ' ὁδίταις
  βλύζω· τίς γὰρ ἐρεῖ ΤΗΝ ΚΑΘΑΡΗΝ ἔτι με;

CCXXIV.

ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Ἀντολίαι, δύσιες, κόσμου μέτρα· καὶ τὰ Νέρωνος
  ἔργα δι' ἀμφοτέρων ἵκετο γῆς περάτων.
ἥλιος Ἀρμενίην ἀνιὼν ὑπὸ χερσὶ δαμεῖσαν
  κείνου, Γερμανίην δ' εἶδε κατερχόμενος.
δισσὸν ἀειδέσθω πολέμου κράτος· οἶδεν Ἀράξης
  καὶ Ῥῆνος, δούλοις ἔθνεσι πινόμενοι.

CCXXV.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὐδ' ἢν Ὠκεανὸς πᾶσαν πλημμῦραν ἐγείρῃ,
  οὐδ' ἢν Γερμανίη Ῥῆνον ἅπαντα πίῃ,
Ῥώμης οὐδ' ὅσσον βλάψει σθένος, ἄχρι κε μίμνῃ
  δεξιὰ σημαίνειν Καίσαρι θαρσαλέῃ.

θαρὴ—οὐκέτι βλύζω. *Jac.* V. 3. παρακλίντορας. juxta recumbentes. Expressit hoc Ep. Antiphanes nr. 236.

Nr. 224. Agitur de Tiberii Neronis expeditionibus in Asiam et Germaniam. Missus est ab Augusto in Armeniam ut Tigranem in regnum restitueret. Deinde in Germaniam missus egregie bellavit. *Jac.*

Nr. 225. Tutum et immotum Romanum imperium fore auguratur poeta, quamdiu invicta Cæsaris dextra reipublicæ gubernaculum teneat. *Jac.* V. 1—2. Si Oceanus omnes suas copias (i. e. populos ad Oceanum habitantes) emiserit, Germaniaque, turba sua emissa, Rhenum siccaverit, ut Persarum olim copiæ flumina Græciæ. *Idem ad Edit. Palat.* qui ibi quoque hiatum in versu quinto *καὶ ἱεραὶ* tolerabiliorem judicat, propter majorem vocis elationem in pronuntiatione. V. 5—6. Cf. Hom. Il. μ. 132. quem locum exornavit Virg. Æn. iv. 441.—" Annoso va-

οὕτως καὶ ἱεραὶ Ζηνὸς δρύες ἔμπεδα ῥίζαις
ἑστᾶσιν, φύλλων δ' ἂν ἀχέουσ' ἄνεμοι.

CCXXVI.

ΒΙΑΝΟΡΟΣ.

Ἠνίδε, καὶ χέρσου τὸ γεωτόμον ὅπλον ἐρέσσει,
καὶ τὸν ὑπουθάτιον μόσχον ἄγει δάμαλις,
βούταν μὲν τρομέουσα διάκτορα, τὸν δὲ μένουσα
νήπιον, ἀμφοτέρων εὔστοχα φειδομένη·
ἴσχε', ἀροτροδίαυλε, πεδώρυχε, μηδὲ διώξῃς
τὰν διπλοῖς ἔργοις διπλὰ βαρυνομέναν.

CCXXVII.

ΒΑΣΣΟΥ ΛΟΛΛΙΟΥ.

Ἄῤῥηκτοι Μοιρῶν πυμάτην ἐσφράγισαν ὅρκοι
τῷ Φρυγὶ πὰρ βωμῷ τὴν Πριάμου θυσίην.

Nr. CCXXVI. V. 5. ἴσχου corrigit Jacobs.

lidam cum robore quercum Alpini Boreæ nunc hinc, nunc flatibus illinc, Eruere inter se certant; it stridor, et alte Consternunt terram concusso stipite frondes: Ipsa hæret scopulis."

Nr. 226. In bovem simul aratrum trahentem, et vitulum lactantem. *Jac.*

V. 1—5. ὅπλον ἐρέσσειν omnino est *machinam movere, agitare.* Euripides dixit πόδα ἐρέσσειν Iph. A. 137. V. 2. Adjectivum ὑπουθάτιος vix alibi occurrit: sed formam οὐθάτιος præstat Crinagoras Ep. xxii. Neque legere me memini ἀροτροδίαυλος v. 5. Sic dicitur is qui eundo ac redeundo aratrum ducit, metaphora sumpta a stadii cursu, quo quis postquam a carceribus ad metam excurrit, ab altera parte a meta ad carceres redit. Δίαυλος enim, ut utar verbis Scholiastæ ad Aristoph. Av. 293. ὁ δίττον ἔχων τὸν δρόμον ἐν τῇ πορείᾳ τὸ πληρῶσαι τὸ στάδιον καὶ ὑποστρέψαι. Hoc ad alias res, quæ iterando peraguntur, translatum. *Huschke.*

Nr. 227. Trojæ profuisse docet, quod expugnata et eversa fuerit. Hac enim calamitate factum esse, ut Æneæ progenies Romanum populum orbisque terrarum imperium conderet. *Jac.* V. 1, 2. ἄῤῥηκτοι ὅρκοι. *Immutabilia*

ἀλλὰ σοί, Αἰνεία, στόλος ἱερὸς Ἰταλὸν ἤδη
ὅρμον ἔχει, πάτρης φροίμιον οὐρανίης.
ἐς καλὸν ὤλετο πύργος ὁ Τρώϊος· ἦ γὰρ ἐν ὅπλοις
ἠγέρθη κόσμου παντὸς ἄνασσα πόλις.

CCXXVIII.

ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ.

Κλῶνες ἀπηόριοι ταναῆς δρυός, εὔσκιον ὕψος
ἀνδράσιν ἄκρητον καῦμα φυλασσομένοις,
εὐπέταλοι, κεράμων στεγανώτεροι, οἰκία φαττῶν,
οἰκία τεττίγων, ἔνδιοι ἀκρέμονες,
κἠμὲ τὸν ὑμετέραισιν ὑποκλινθέντα κόμαισιν
ῥύσασθ', ἀκτίνων ἠελίου φυγάδα.

CCXXIX.

ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ.

Τὰν ὀλοὰν Μήδειαν ὅτ' ἔγραφε Τιμομάχου χείρ,
ζάλῳ καὶ τέκνοις ἀντιμεθελκομέναν,

Nr. CCXXVIII. V. 3. Vulgo φωτῶν. φαττῶν *Jac.*

Parcarum consilia. τὸν ὅρκον de *rebus natura sua firmissimis* illustrat Jacobsius ex Soph. Aj. 648. et Æschyl. Agam. 1255. (ed. Blomf.) ἐσφράγισαν. *sigillo suo comprobarunt*, i. e. statuerunt. Πριάμου θυσίην. Ad aram Jovis Hercæi tanquam victima obtruncatus est Priamus. Cf. Eur. Troad. 480. sqq. et Heynii Excurs. XI. ad Æn. ii. V. 4—6. φροίμιον. principium, origo Romani imperii. ἐν ὅπλοις. in armis: inter bella et pugnas.

Nr. 228. Alloquitur poeta umbrosam quercum ut se ab ardore solis defendat. *Opsopæus.* V. 1, 2. κλῶνες ἀπηόριοι. rami desuper impendentes, ἀπήορα. Hesych. μετέωρα, ὑψηλά.—ἄκρητον καῦμα. *merum* æstum. intemperatum, vehemens. V. 3, 4. κεράμων στεγανώτεροι. tectis densiores. Dixit Propertius, notante Jacobsio, IV. El. iv. 5. "Sylvani ramosa domus."—οἰκία φαττῶν. Idem vir huc admovit Hor. I. c. ii. 9. "Piscium et summa genus hæsit ulmo, Nota quæ sedes fuerat palumbis."—ἔνδιοι ἀκρέμονες. *meridiani rami.* sub quibus meridie recumbunt pastores.

Nr. 229. In Medeam Timomachi. Vertit hoc Epigr. Ausonius CXXIX. "Medeam vellet cum pingere Timomachi mens, Volventem in natos cru-

μυρίον ἄρατο μόχθον, ἵν' ἤθεα δισσὰ χαράξῃ,
ὧν τὸ μὲν εἰς ὀργὰν νεῦε, τὸ δ' εἰς ἔλεον.
ἄμφω δ' ἐπλήρωσεν· ὅρα τύπον. ἐν γὰρ ἀπειλᾷ
δάκρυον, ἐν δ' ἐλέῳ θυμὸς ἀναστρέφεται.
Ἀρκεῖ δ' ἁ μέλλησις, ἔφα σοφός· αἷμα δὲ τέκνων
ἔπρεπε Μηδείῃ, κοὐ χερὶ Τιμομάχου.

CCXXX.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Λαβροπόδη χείμαῤῥε, τί δὴ τόσον ὧδε κορύσσῃ,
πεζὸν ἀποκλείων ἴχνος ὁδοιπορίης;
ἢ μεθύεις ὄμβροισι καὶ οὐ Νύμφαισι διαυγὲς
νᾶμα φέρεις, θολεραῖς δ' ἠράνισαι νεφέλαις.
ὄψομαι ἠελίῳ σε κεκαυμένον, ὅστις ἐλέγχειν
καὶ γόνιμον ποταμῶν καὶ νόθον οἶδεν ὕδωρ.

CCXXXI.

ΠΟΛΕΜΩΝΟΣ ΒΑΣΙΛΕΩΣ.

Ἡ πτωχῶν χαρίεσσα πανοπλίη, ἀρτολάγυνος
αὕτη, καὶ δροσερῶν ἐκ πετάλων στέφανος,

dum animo facinus: Immanem exhausit verum in diversa laborem, Fingeret affectum matris ut ambiguum: Ira subest lacrymis: miseratio non caret ira. Alterutrum videas ut sit in alterutro. Cunctantem satis est. Nam digna est sanguine mater Natorum; tua non dextera, Timomache."

V. 7, 8. Hoc distichon ita vertit Grotius: "Sat voluisse fuit, dicunt; occidere parvos Colchidi convenit, non tibi, Timomache." Cf. Juliani Ægypt. Ep. nr. 286.

Nr. 230. Ad torrentem imbribus auctum, et magno cum impetu ruentem. Comparandus Ovidius III. Amor. vi. 5. *Jac.* V. 1. κορύσσῃ. concitus profluis. V. 4. ἠράνισαι θολεραῖς νεφέλαις. pro παρὰ θολερῶν νεφελῶν. mutuo accepisti, collegisti aquas ex nubibus turbidis. ἐρανίσαι· τὸ λαβεῖν ἔρανον καὶ συλλέξαι παρά τινος. Phot. Lex.

Nr. 231. Viso anaglypho, in quo ἀρτολάγυνος, corona et calvaria exhibebantur, poeta ad vitæ fructum hortatur. *Jac.* V. 1. ἀρτολάγυνος. pera in qua panis et lagena. Vertit

καὶ τοῦτο φθιμένοιο προάστιον ἱερὸν ὀστεῦν
ἐγκεφάλου, ψυχῆς φρούριον ἀκρότατον.
Πῖνε, λέγει τὸ γλύμμα, καὶ ἔσθιε, καὶ περίκεισο
ἄνθεα· τοιοῦτοι γιγνόμεθ' ἐξαπίνης.

CCXXXII.

ΔΙΟΔΩΡΟΥ.

Ζεύξιδος ἡ χροιή τε καὶ ἡ χάρις· ἐν δέ με μικρῇ
κρυστάλλῳ, τὸ καλὸν δαίδαλον, Ἀρσινόη
γράψας τοῦτ' ἔπορεν Σατυρήϊος· εἰμὶ δ' ἀνάσσης
εἰκών, καὶ μεγάλης λείπομαι οὐδ' ὀλίγον.

CCXXXIII.

ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Εἰς Ἀφροδίτην ὡπλισμένην.

Ἄρεος ἔντεα ταῦτα τίνος χάριν, ὦ Κυθέρεια,
ἐνδέδυσαι, κενεὸν τοῦτο φέρουσα βάρος;

Grotius: "Pauperis hæc res tota, simul cum pane lagena."

V. 3, 4. Ordo est, monente Brunckio, *καὶ τοῦτο ἱερὸν ὀστεῦν, προάστιον ἐγκεφάλου.* Hic *προάστιον* est *πρόβλημα, propugnaculum.* Facit huc mos ap. Ægyptios receptus, in conviviis mortis imaginem circumferendi, cum voce: *ἐς τοῦτον ὁρέων πῖνέ τε, καὶ τέρπευ· ἔσεαι γὰρ ἀποθανὼν τοιοῦτος. Jac.* V. 5. *τὸ γλύμμα.* Hæc quæ memoravit insculpta, panis, lagena, corona, (calvaria). *Brodæus.* —*περίκεισο ἄνθεα.* Sic ap. Chariton. Aphrod. i. c. 6. *κατέκειτο μὲν Καλιρρόη νυμφικὴν ἐσθῆτα περικειμένη.* ubi Dorvillius hanc locutionem illustravit.

Nr. 232. De picta imagine Arsinoes, Verba *Ζεύξιδος ἡ χροιή τε καὶ ἡ χάρις* sic interpretatur Huetius: "Adeo elegans est hæc imago, ut a Zeuxide picta videri possit." Videtur crystallus Satyreio pro tabula fuisse. V. 4. *μεγάλης ἀνάσσης.* magnæ huic reginæ simillima sum. *Jac.*

Nr. 233. Miratur poeta quod Venus armis utatur, quibus ei ad mortalium pectora expugnanda non opus sit. Locum huic lusui dedit statua

αὐτὸν Ἄρη γυμνὴ γὰρ ἀφώπλισας· εἰ δὲ λέλειπται
καὶ θεός, ἀνθρώποις ὅπλα μάτην ἐπάγεις.

CCXXXIV.

ΚΑΠΙΤΩΝΟΣ.

Κάλλος ἄνευ χαρίτων τέρπει μόνον, οὐ κατέχει δέ,
ὡς ἄτερ ἀγκίστρου νηχόμενον δέλεαρ.

CCXXXV.

ΑΝΤΙΦΑΝΟΥΣ ΜΑΚΕΔΟΝΟΣ.

Αὐτή σοι Κυθέρεια τὸν ἱμερόεντ᾽ ἀπὸ μαστῶν
Ἰνώ, λυσαμένη κεστὸν ἔδωκεν ἔχειν,
ὡς ἂν θελξινόοισιν ἀεὶ φίλτροισι δαμάζῃς
ἀνέρας· ἐχρήσω δ᾽ εἰς ἐμὲ πᾶσι μόνον.

CCXXXVI.

ΑΝΤΙΦΑΝΟΥΣ ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΤΟΥ.

Ἡ πάρος εὐΰδροισι λιβαζομένη προχοαῖσι,
πτωχὴ νῦν Νυμφῶν, μέχρι καὶ εἰς σταγόνα.
λυθρώδεις γὰρ ἐμοῖσιν ἐνίψατο νάμασι χεῖρας
ἀνδροφόνος, κηλῖδ᾽ ὕδασιν ἐγκεράσας·

Veneris armatæ. *Jac.* V. 3, 4. Si inermis Martem Deum, bellique præsidem domuisti, atque armis spoliasti, quid opus in humanum genus arma inferre? Cf. Philippi Ep. nr. 241. λείπεσθαι *vinci*, illustrat Schweighæuser. Lex. Herodot.

Nr. 234. Pulcritudo sine gratiis, ut esca sine hamo, allicere potest, detinere nequit.

Nr. 235. Ino puellam ab ipsa Venere cestum recens solutum accepisse dicit poeta. Comparat Jacobsius argutius dictum Martialis L. VI. Ep. xiii. de Julia: "Ut Martis revocetur amor, summique Tonantis, A te Juno petat ceston, et ipsa Venus."

Nr. 236. Expressum ex Apollonid. Ep. nr. 223.

V. 4. κηλῖδ᾽. κηλίς. *macula, sordes.* Apud Etym. M. ῥύπος, μίασμα, μόλυσμα, dilecta vox Antiphani, neque

ἐξ οὗ μοι κοῦραι φύγον ἥλιον, εἰς ἕνα Βάκχον,
εἰποῦσαι, Νύμφαι μισγόμεθ', οὐκ ἐς Ἄρη.

CCXXXVII.

ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Οὐρανὸς ἄστρα τάχιον ἀποσβέσει, ἢ τάχα νυκτὸς
ἠέλιος φαιδρὴν ὄψιν ἀπεργάσεται,
καὶ γλυκὺ νᾶμα θάλασσα βροτοῖς ἀρυτήσιμον ἕξει,
καὶ νέκυς εἰς ζωῶν χῶρον ἀναδράμεται,
ἢ ποτὲ Μαιονίδαο βαθυκλεὲς οὔνομ' Ὁμήρου
λήθη γηραλέων ἁρπάσεται σελίδων.

CCXXXVIII.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Λάθριον ἑρπηστὴν σκολιὸν πόδα, κισσέ, χορεύσας,
ἄγχεις τὴν Βρομίου βοτρυόπαιδα χάριν·

minus Tragicis usitata. *De Bosch.* V. 5. κοῦραι. Nymphæ, ipsæ aquæ erumpere desierunt. Βάκχον. Cf. Meleagr. Ep. nr. 180.

Nr. 237. Homeri nomen et gloriam nunquam interituram esse poeta auguratur. *Jac.* V. 1. Frequentissimi sunt poetarum colores quibus aliis, aut sibi sui nominis æternitatem promittunt, aut ab aliis ea promittitur. Virg. Ecl. v. 76. Æn. i. 607. Hor. II. c. xx. &c. *De Bosch.*

V. 3. Citius mare aquam hominibus præbebit dulcem et potabilem. *Jac.* Vocem autem ἀρυτήσιμον Græcis auctoribus plane incognitam pronuntiat Boschius.

Nr. 238. Vitis ad hederam, ne nimis arcto complexu ipsam constringere et enecare velit. *Jac.* V. 1. ἑρπηστήν. Cic. Cato. Maj. c. 15. " quam (sc. vitem) serpentem multiplici lapsu et erratico:" σκολιὸν πόδα. vid. notata ad Simmiæ Theb. Ep. nr. 410. χορεύσας. quasi circum choros ducens. respectu habito, ut monet Jacobsius, ad hederæ cum scena Attica cognationem. V. 2. βοτρυόπαις. ut ap. Theocrit. *uvas, ut liberos, gignens.* Vertit Grotius: " læta racemiferi suffocas

δεσμεῖς δ' οὐχ ἡμᾶς, ὀλέκεις δὲ σέ· τίς γὰρ ἕλοιτο
κισσὸν ἐπὶ κροτάφοις, μὴ κεράσας Βρόμιον;

CCXXXIX.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἢ θεὸς ἦλθ' ἐπὶ γῆν ἐξ οὐρανοῦ, εἰκόνα δείξων,
Φειδία, ἢ σύ γ' ἔβης τὸν θεὸν ὀψόμενος.

CCXL.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἥρη τοῦτ' ἄρα λοιπὸν ἐβούλετο πᾶσιν ἐπ' ἄθλοις
ὅπλων γυμνὸν ἰδεῖν τὸν θρασὺν Ἡρακλέα.
ποῦ χλαίνωμα λέοντος, ὅ τ' εὐροίζητος ἐπ' ὤμοις
ἰός, καὶ βαρύπους ὄζος ὁ θηρολέτης;
πάντα σ' Ἔρως ἀπέδυσε· καὶ οὐ ξένον, εἰ Δία κύκνον
ποιήσας, ὅπλων νοσφίσαθ' Ἡρακλέα.

CCXLI.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Κύπρι φιλομμειδής, θαλαμηπόλε, τίς σε μελιχρὴν
δαίμονα τοῖς πολέμων ἐστεφάνωσεν ὅπλοις;

munera Bacchi." tenax autem hederæ amplexus usitatissimas poetis imagines præbet. Sic Hor. I. c. xxxvi. 18. "Damalis—lascivis hederis ambitiosior.".

V. 3—4. Quis enim te, nisi in compotationibus, coronis adhibeat? Quodsi me enecas, tu quoque tuo honore privaberis. *Jac.*

Nr. 239. In Jovis Olympii imaginem, Phidiæ opus.

240. De Hercule ab Amore armis spoliato. Comparandum Ep. Gemini nr. 260. qui hanc statuam Lysippi opus esse docet. V. 4. *ὄζος.* clava. *πτόρθον* vocat Geminus. *βαρύπους.* cujus inferior pars gravior et amplior. *Jac.*

Nr. 241. In Venerem armatam. Cf. Leonid. Alex. Ep. nr. 233. V. 1. *θαλαμηπόλε.* Vox Homerica est. Od. η. 8. ψ. 293. V. 3. *παιάν.* Pæan cur

σοὶ παιὰν φίλος ἦν, καὶ ὁ χρυσοκόμης Ὑμέναιος,
καὶ λιγυρῶν αὐλῶν ἡδυμελεῖς χάριτες·
ἐς τί δὲ ταῦτ' ἐνέδυς ἀνδροκτόνα; μὴ θρασὺν Ἄρη
συλήσασ' αὐχεῖς, Κύπρις ὅσον δύναται;

CCXLII.

ΜΑΙΚΙΟΥ.

Τί στυγνή; τί δὲ ταῦτα κόμης εἰκαῖα, Φιλαινί,
σκύλματα, καὶ νοτερῶν σύγχυσις ὀμματίων;
μὴ τὸν ἐραστὴν εἶδες ἔχονθ' ὑποκόλπιον ἄλλην;
εἰπὸν ἐμοί· λύπης φάρμακ' ἐπιστάμεθα.
δακρύεις· οὐ φῂς δέ· μάτην ἀρνεῖσθ' ἐπιβάλλῃ.
ὀφθαλμοὶ γλώσσης ἀξιοπιστότεροι.

CCXLIII.

ΑΝΤΩΝΙΟΥ ΑΡΓΕΙΟΥ.

Ἡ πρὶν ἐγὼ Περσῆος ἀκρόπτολις αἰθερίοιο,
ἡ πικρὸν Ἰλιάδαις ἀστέρα θρεψαμένη,

Veneri præcipue gratus dicatur, non apparet. Suspicatur igitur Jacobsius legendum esse *παστός, torus nuptialis:* idem existimat poeta obversatum Homeri locum Il. ε. 248. οὔ τοι τέκνον ἐμὸν δέδοται πολεμήϊα ἔργα· Ἀλλὰ σύ γ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα γάμοιο. V. 4. αὐλῶν. αὐλοὶ etiam, monente Jacobsio, ad nuptias spectant. Hom. Il. σ. 493.—πολὺς δ' ὑμέναιος ὀρώρει· Κοῦροι δ' ὀρχηστῆρες ἐδίνεον, ἐν δ' ἄρα τοῖσιν Αὐλοί, φόρμιγγές τε βοὴν ἔχον.

Nr. 242. Philænidem tristitiæ causam rogat. V. 2. κόμης σκύλματα. comæ laniatus. σκύλλειν. Hesych. τὸ τοῖς ὄνυξι σπᾶν. σύγχυσις. humidorum confusio ocellorum, i. e. oculi lacrymis suffusi. V. 3. ὑποκόλπιον. ἐν τῷ κόλπῳ scil. V. 6. ὀφθαλμοί. Comparavit Opsopæus Herodot. i. 8. quem locum mutuatum esse poetam nostrum existimat. Candaulis verba sunt ad Gygem, ὦτα γὰρ τυγχάνει ἀνθρώποισιν ἐόντα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν.

Nr. 243. De Mycenis olim claris, nunc eversis et devastatis. V. 1. αἰθερίοιο. qui "aera carpebat tenerum stridentibus alis." Ovid. Metam. iv. 615. V. 2. πικρὸν ἀστέρα. quæ infestum Trojanis Atridarum genuit sidus.

αἰπολίοισιν ἔναυλον ἐρημαίοισιν ἀνεῖμαι,
τίσασα Πριάμου δαίμοσιν ὀψὲ δίκας.

CCXLIV.

ΜΟΥΝΔΟΥ ΜΟΥΝΑΤΙΟΥ.

Ἡ πολύχρυσος ἐγὼ τὸ πάλαι πόλις, ἡ τὸν Ἀτρειδῶν
οἶκον ἀπ' οὐρανίου δεξαμένη γενεῆς,
ἡ Τροίην πέρσασα θεόκτιτον, ἡ βασίλειον
ἀσφαλὲς Ἑλλήνων οὖσά ποθ' ἡμιθέων,
μηλόβοτος κεῖμαι καὶ βούνομος ἔνθα Μυκήνη,
τῶν ἐπ' ἐμοὶ μεγάλων οὔνομ' ἔχουσα μόνον.
Ἴλιον ἆ Νεμέσει μεμελημένον, εἴ γε, Μυκήνης
μηκέθ' ὁρωομένης, ἐσσί, καὶ ἐσσὶ πόλις.

CCXLV.

ΑΔΔΑΙΟΥ.

Ἰνδὴν βήρυλλόν με Τρύφων ἀνέπεισε Γαλήνην
εἶναι, καὶ μαλακαῖς χερσὶν ἀνῆκε κόμας·

Hor. I. c. xii. 46. "micat inter omnes Julium sidus." *Jac.* Cf. notata ad Simmiæ Theb. Ep. nr. 410.

Nr. 244. Idem argumentum. V. 1. *πολύχρυσος. πολυχρύσοιο Μυκήνης.* passim ap. Hom. V. 2. *οὐρανίου γενεῆς.* Atridarum genus a Tantalo Jovis filio derivatum est.

V. 5. *μηλόβοτος.* Photii Lex. *ἡ κατασκαφεῖσα καὶ ἀνεθεῖσα τοῖς μήλοις· ἤτοι τοῖς κτήνεσιν, εἰς νομὴν διὰ τὴν ἐρημίαν. eversa, ut jam gregibus pascendis inserviam.* vim vocis expressit Ovid. Epist. i. 15. "Diruta sunt aliis, uni mihi Pergama restant, Incola captivo quæ bove victor arat. Jam seges est ubi Troja fuit, resecandaque falce Luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus." *Jac.*

V. 6. *τῶν ἐπ' ἐμ. μ.* quod dives, quod Atridarum lares, quod Trojæ domitrix. *Brodæus. οὔνομα.* Virg. Æn. vii. 411. de Ardea: "et nunc magnum manet Ardea nomen." V. 8. *πόλις.* Hoc respicit Julii Cæsaris et Augusti in Trojam merita.

Nr. 245. Galene, marina nympha, Tryphonis manu in beryllo cælata, loquitur. *Br.* V. 2—5. *μαλακαῖς χερσίν. μαλακαὶ χεῖρες* tribuuntur artifi-

ἡνίδε καὶ χεῖλη νοτερὴν πλείοντα θάλασσαν,
καὶ μαστοὺς, τοῖσιν θέλγω ἀνηνεμίην.
ἢν δ' ἐμοὶ ἡ φθονερὴ νεύσῃ λίθος, ὡς ἐν ἑτοίμῳ
ὥρμημαι, γνώσῃ καὶ τάχα νηχομένην.

CCXLVI.

ΕΡΜΟΚΡΕΟΝΤΟΣ.

Ἵζευ ὑπὸ σκιερὰν πλάτανον, ξένε, τάνδε παρέρπων,
ἇς ἁπαλῷ Ζέφυρος πνεύματι φύλλα δονεῖ,
ἔνθα με Νικαγόρας κλυτὸν εἵσατο Μαιάδος Ἑρμᾶν,
ἀγροῦ καρποτόκου ῥύτορα καὶ κτεάνων.

CCXLVII.

ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΥ.

Κύπρις ὅτε σταλάουσα κόμας ἁλιμυρέος ἀφροῦ
γυμνὴ πορφυρέου κύματος ἐξανέδυ,
οὕτω που κατὰ λευκὰ παρήϊα χερσὶν ἑλοῦσα
βόστρυχον, Αἰγαίην ἐξεπίεζεν ἅλα,
στέρνα μόνον φαίνουσα, τὰ καὶ θέμις· εἰ δὲ τοιήδε
κείνη, συγχείσθω θυμὸς Ἐνυαλίου.

Nr. CCXLV. V. 3. πλείοντα. forte λειοῦντα. *Jac.*

ci perito, propter operis mollitiem. Nympham tibi finge promissis capillis natantem. φθονερὴ λίθος, qui me retinet, cohibet, quo vincta teneor. *Jac.* Tertio versu displicet Jacobsio πλείοντα de labiis dictum: quod tamen dici posse videtur de natante, et labiis undas quasi percurrente.

Nr. 246. Mercurius viatores invitat ut sub platani umbra quiescant. Cf. Platonis Ep. nr. 102. V. 4. Mercurium tanquam agrestem deum cum Pane jungit Aristoph. Thesmoph. 986. Ἑρμῆν τε νόμιον ἄντομαι καὶ Πᾶνα. *Jac.*

Nr. 247. In Venerem Anadyomenen ab Apelle pictam. Cf. Antip. Sid. Ep. nr. 147.

V. 6. συγχείσθω. συγχέεσθαι elegans hoc sensu, ut *confundi* ap. Latinos. Vid. Ernest. ad Hom. Il. ω. 358. *De Bosch.*

CCXLVIII.

ΤΥΛΛΙΟΥ ΦΛΑΚΚΟΥ.

Α. Σιγήσας ἄρυσαι. Β. τίνος οὕνεκα; Α. μηκέτ' ἀρύου.
Β. τεῦ χάριν; Α. Ἡσυχίης ἡδὺ λέλογχα ποτόν.
Β. δύσκολος ἡ κρήνη. Α. γεῦσαι, καὶ μᾶλλον ἐρεῖς με
δύσκολον. Β. ὦ πικροῦ νάματος. Α. ὦ λαλιῆς.

CCXLIX.

ΣΤΑΤΥΛΛΙΟΥ ΦΛΑΚΚΟΥ.

Εὕδεις ἀγρύπνους ἐπάγων θνητοῖσι μερίμνας,
εὕδεις ἀτηρής, ἆ τέκος Ἀφρογενοῦς,
οὐ πεύκην πυρόεσσαν ἐπηρμένος, οὐδ' ἀφύλακτον
ἐκ κέραος ψάλλων ἀντιτόνοιο βέλος.
ἄλλοι θαρσείτωσαν· ἐγὼ δ', ἀγέρωχε, δέδοικα,
μή μοί καὶ κνώσσων πικρὸν ὄνειρον ἴδῃς.

CCL.

ΜΑΡΚΟΥ ΑΡΓΕΝΤΑΡΙΟΥ.

Ὄρνι, τί μοι φίλον ὕπνον ἀφήρπασας; ἡδὺ δὲ Πύῤῥης
εἴδωλον κοίτης ᾤχετ' ἀποπτάμενον.

Nr. 248. In fontem miraculosa quadam virtute insignem, quales multos commemoravit Paulus Silentiarius in noto carmine in Thermas. *Jac.* V. 2. Ἡσυχίης. fontis et nymphæ nomen est.

Nr. 249. Expressum carmen ex Alphæi Ep. nr. 220. V. 1. εὕδεις. dormis, O tu, qui miseros mortales somno privas. *Jac.* V. 3. ἐπηρμένος. De usu præteriti perfecti passivæ vocis pro perf. mediæ vid. Matthiæ. Gr. Gr. p. 715. Blomf. ἀφύλακτον. inevitabilem sagittam. ψάλλων videtur dictum de Cupidine sagittam ex arcu cum nervi sonitu emittente.

Nr. 250. In gallum gallinaceum, qui gratum poetæ de puella somnium turbaverat. V. 1. ἀφήρπασας. eodem verbo de eadem re utitur Anacr. xii. τί μευ καλῶν ὀνείρων Ὑποθρίαισι φωναῖς Ἀφήρπασας Βάθυλλον. *Jac.* V. 2. ᾤχετ' ἀποπτάμενον. Verbum οἴχεσθαι conjunctum cum participiis verborum motum qualemcunque

ἦ τάδε θρέπτρα τίνεις, ὅτι θῆκά σε, δύσμορε, πάσης
ὠοτόκου κραίνειν ἐν μεγάροις ἀγέλης;
ναὶ βωμὸν καὶ σκῆπτρα Σαράπιδος, οὐκέτι νυκτὸς
φθέγξεαι, ἀλλ' ἕξεις βωμὸν ὃν ὠμοσάμην.

CCLI.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἡσιόδου ποτὲ βίβλον ἐμαῖς ὑπὸ χερσὶν ἑλίσσων,
Πύῤῥην ἐξαπίνης εἶδον ἐπερχομένην·
βίβλον δὲ ῥίψας ἐπὶ γῆν χερί, ταῦτ' ἐβόησα·
ἔργα τί μοι παρέχεις, ὦ γέρον Ἡσίοδε;

CCLII.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἀρχαίη σύνδειπνε, καπηλικὰ μέτρα φιλεῦσα,
εὔλαλε, πρηΰγελως, εὔστομε, μακροφάρυξ,

significantium, majorem celeritatis vim plerumque addere iis solet. Hom. Il. β. 70. ὡς ὁ μὲν εἰπὼν Ὤιχετ' ἀποπτάμενος. *Huschke.* V. 3. θρέπτρα. i. q. θρεπτήρια. alimentorum præmia. Hom. Il. δ. 478. οὐ δὲ τοκεῦσι Θρέπτρα φίλοις ἀπέδωκε. V. 4. ὠοτόκου ἀγέλης. gallinarum ovipari gregis. κραίνειν. Hesych. τιμᾷν. βασιλεύειν. Hom. Od. θ. 391. ἀρχοὶ κραίνουσι. Soph. Aj. 1050. ὅς κραίνει στρατοῦ.

V. 6. Verba ἀλλ' ἕξεις βωμὸν posita videntur pro βωμὸς ἕξει σε. Sed vereor ut sana sit lectio. Argentarium scripsisse puto: φθέγξεαι, αἱμάξας βωμόν *Jac.* Huschkius legit ἥξεις βωμον. *ibis ad aram.*

Nr. 251. V. 1. βίβλον. Ἔργα καὶ Ἡμέρας Hesiodi significari ex sqq. apparet. In ἑλίσσων de volumine cogites. V. 4. ἔργα et πράγματα παρέχειν dicuntur, qui aliis impedimento sunt, et molestias creant. *Jac.*

Nr. 252. Hominis vinosi verba amatoria ad lagenam. Cf. Ep. Incert. (nr. 352.) V. 1. καπηλικὰ μέτρα. φιλ. impleta vino ex caupona petito. *Jac.* V. 2. εὔλαλε. loquax, nam si foramen est angustum, majorem sonum bibenti edit. *Opsopæus.* πρηΰγελως placide ridens: uni M. Argentario, docente Boschio, usitata vox.

V. 3—5. μυστιλάγυνε. μύστις

αἰὲν ἐμῆς πενίης βραχυσύμβολε μύστι, λάγυνε,
ἦλθες ὅμως ὑπ' ἐμὴν χεῖρά ποτε χρόνιος.
αἴθ' ὄφελες καὶ ἄμικτος ἀνύμφευτός τε παρείης,
ἄφθορος ὡς κούρη πρὸς πόσιν ἐρχομένη.

CCLIII.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πέντε θανὼν κείσῃ κατέχων πόδας· οὐδὲ τὰ τερπνὰ
ζωῆς, οὐδ' αὐγὰς ὄψεαι ἠελίου·
ὥστε λαβὼν Βάκχου ζωρὸν δέπας ἕλκε γεγηθώς,
Κίγκιε, καλλίστην ἀγκὰς ἔχων ἄλοχον.
εἰ δέ σοι ἀθάνατος σοφίης νόος, ἴσθι Κλεάνθης
καὶ Ζήνων Ἀΐδην τὸν βαθὺν ὡς ἔμολον.

CCLIV.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Λῦσον ἀπ' εὐόρμων δολιχὰ πρυμνήσια νηῶν,
εὔτροχα δ' ἐκπετάσας λαίφεα ποντοπόρει,

Nr. CCLII. V. 5. αἴθ' ἀφελής. *Jac.*
Nr. CCLIV. V. 1. fort. νήσων. *Pierson.*

πενίης dicitur lagena cui domini sui paupertas notissima erat: βραχυσύμβολος, cui nonnisi parva tribuebatur vini portio. ἄμικτος. ἀνύμφευτος. Optat poeta, ut lagena ab omni cum nymphis quæ merum corrumpant commercio aliena sit, h. e. ἄμικτος et ἀνύμφευτος, quæ verba item de casta virgine explicari possunt. *Jac.*

Nr. 253. Ad Cincium quendam, ut vitæ brevitatem reputans, genio suo indulgeat. Color est fere ut in carmine Horatiano I. xxviii. 1—9. *Jac.* V. 3. ἕλκε. verbum, monente Boschio, de iis usitatum qui meracius bibunt. Cf. Rufini Ep. nr. 269.

V. 5. Quod si tristis sapientiæ assecla, illas vitæ voluptates spreveris, scito etiam Cleanthem et Zenonem severæ philosophiæ principes, ad Orci tenebras devenisse. *Jac.* De Cleanthe et Zenone vid. notata ad Posidippi Ep. nr. 185.

Nr. 254. Vere redeunte, Priapus nautas hortatur ut navigationi dent operam. *Jac.* Cf. Leonid. Tar. Ep. nr. 129.

V. 2. εὔτροχα λαίφεα. εὔτροχον

ἔμπορε· χειμῶνες γὰρ ἀπέδραμον, ἄρτι δὲ κῦμα
γλαυκὸν θηλύνει πρηΰγελως Ζέφυρος·
ἤδη καὶ φιλότεκνος ὑπὸ τραυλοῖσι χελιδὼν
χείλεσι καρφίτην πηλοδομεῖ θάλαμον·
ἄνθεα δ' ἀντέλλουσι κατὰ χθόνα· τῷ σὺ Πριήπῳ
πειθόμενος πάσης ἅπτεο ναυτιλίης.

CCLV.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Κωμάζω, χρύσειον ἐς ἑσπερίων χορὸν ἄστρων
λεύσσων, οὐδ' ἄλλων λὰξ ἐβάρυνα χορούς·
στέψας δ' ἀνθόβολον κρατὸς τρίχα, τὴν κελαδεινὴν
πηκτίδα μουσοπόλοις χερσὶν ἐπηρέθισα.
καὶ τάδε δρῶν, εὔκοσμον ἔχω βίον· οὐδὲ γὰρ αὐτὸς
κόσμος ἄνευθε λύρης ἔπλετο καὶ στεφάνου

Nr. CCLV. V. 2. ἐβάρυν' ἀόρους Schæferi conj. probat Jacobs.

ἅρμα sæpius ap. Homerum et vertitur *currus volubilis:* ut Latini vocem currere ad navigationem transferunt, sic poeta velocia vela dixit εὔτροχα. *De Bosch.* V. 4. θηλύνει. Hesych. μαλάσσει.—πρηΰγελως. vid. supra nr. 252. V. 6. κάρφος. proprie omne quod siccum, aridum, ac leve est, festuca, herbæ culmus. Vid. Schleusner. Lex. N. T. καρφίτην πηλοδομεῖ θάλαμον. ex luto ædificat stramineum nidum.

Nr. 255. Poeta vivendi legem a cœli natura petit. Choros, ait, ducam, sicuti astra choros ducere video; corona tempora cingam et citharam pulsabo: nam etiam cœlum lyram et coronam habet. Quod cum facio, εὔκοσμον, i. e. cœli naturæ et legibus, τοῖς τοῦ κόσμου ἤθεσι, consentaneam vitam agam. V. 2. οὐδ' ἄλλων. neque aliorum unquam comissationes sprevi, ab aliis invitatus, κωμάζειν recusavi. Hunc sensum hæc verba admittere videntur, quæ tamen ne corrupta sint, vereor. *Jac.* Idem vir ad Edit. Palat. Schæferi conjecturam ἐβάρυν' ἀόρους *nec aliorum turbavi somnos*, se probaturum esse profitetur, si de forma ἄορος satis constaret, ex qua ὦρος contractum videri posset.

CCLVI.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἐθραύσθης ἡδεῖα παρ' οἰνοπόταισι λάγυνε
νηδύος ἐκ πάσης χευαμένη Βρόμιον.
τηλόθε γὰρ λίθος εἰς σὲ βαρύστονος, οἷα κεραυνός,
οὐ Διὸς ἐκ χειρῶν, ἀλλὰ Δίωνος ἔβη.
ἦν δὲ γέλως ἐπὶ σοί, καὶ σκώμματα πυκνά, τυπείσης,
καὶ πολὺς ἐξ ἑτάρων γιγνόμενος θόρυβος.
οὐ θρηνῶ σε, λάγυνε, τὸν εὐαστῆρα τεκοῦσαν
Βάκχον, ἐπεὶ Σεμέλη καὶ σὺ πεπόνθατ' ἴσα.

CCLVII.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μηκέτι νῦν μινύριζε παρὰ δρυΐ, μηκέτι φώνει
κλωνὸς ἐπ' ἀκροτάτου, κόσσυφε, κεκλιμένος.
ἐχθρόν σοι τόδε δένδρον· ἐπείγεο δ' ἄμπελος ἔνθα
ἀντέλλει γλαυκῶν σύσκιος ἐκ πετάλων·
κείνης ταρσὸν ἔρεισον ἐπὶ κλάδον, ἀμφί τ' ἐκείνῃ
μέλπε, λιγὺν προχέων ἐκ στομάτων κέλαδον.
δρῦς γὰρ ἐπ' ὀρνίθεσσι φέρει τὸν ἀνάρσιον ἰξόν·
ἁ δὲ βότρυν· στέργει δ' ὑμνοπόλους Βρόμιος.

Nr. 256. Scriptum est in lagenam, lapidis ictu fractam et comminutam. V. 3. *βαρύστονος*. lapis magna cum vi lagenæ incussus. V. 7, 8. Lagena ex ventre lapide rupto peperit Bacchum, cum vinum inde emitteret: idem Semelæ contigit, cum ipsum deum partu ederet. Illam lapis, ceu fulmen, emissus; hanc ipsum Jovis fulmen parere fecit. *Jac.*

Nr. 257. Merulam poeta hortatur, ut quercum avibus propter viscum quem gignit, infestum, relinquat, et in vite potius considat. *Jac.* V. 4. *γλαυκῶν πετάλων*. viridantibus foliis. V. 7. *ἀνάρσιον*. hostilem, ut ap. Homerum.

CCLVIII.

ΣΑΤΥΡΟΥ.

Ἦ καλὸν αἱ δάφναι, καλὸν δ' ὑπὸ πυθμέσιν ὕδωρ
πιδύει, πυκινὸν δ' ἄλσος ὑποσκιάει
τηλεθάον, Ζεφύροισιν ἐπίδρομον· ἄλκαρ ὁδίταις
δίψης, καὶ καμάτου, καὶ φλογὸς ἠελίου.

CCLIX.

ΤΥΛΛΙΟΥ ΓΕΜΙΝΟΥ.

Ἀντί μ' ἔρωτος Ἔρωτα, βροτῷ θεὸν ὤπασε Φρύνῃ
Πραξιτέλης, μισθὸν καὶ θεὸν εὑρόμενος.
ἡ δ' οὐκ ἠρνήθη τὸν τέκτονα· δεῖσε γάρ οἱ φρὴν,
μὴ θεὸς ἀντὶ τέχνης σύμμαχα τόξα λάβῃ.
ταρβεῖ δ' οὐκέτι που τὸν Κύπριδος, ἀλλὰ τὸν ἐκ σοῦ,
Πραξίτελες, τέχνην μητέρ' ἐπισταμένη.

Nr. 258. Locus amœnus et umbrosus ad fontem describitur. V. 1. *ὑπὸ πυθμέσιν.* sub radicibus. Hom. Od. ν. 122. *παρὰ πυθμέν' ἐλαίης. Jac.* Vid. Blomfield. Gloss. in Choeph. 198. V. 2. Comparat Jacobsius Theocrit. Eid. vii. 7. *ταὶ δὲ παρ' αὐτὰν Αἴγειροι πτελέαι τε εὔσκιον ἄλσος ἔφαινον.* et Virg. Bucol. ix. 40. "Varios hic flumina circum Fundit humi flores; hic candida populus antro Imminet, et lentæ texunt umbracula vites."

V. 3. *ζεφύροισιν ἐπίδρομον.* eleganter de loco amœno per quem Zephyrus spirans currit. *De Bosch. ἄλκαρ.* unde levari poterit viator.

Nr. 259. De illustri hoc Amoris simulacro quod Praxiteles Phrynæ dono dedit, vide notata ad Simonidis Ep. (nr. 94.) V. 2. *μισθόν.* Pro hoc munere suo Phrynes amore remuneratus est. Illa enim Dei fabrum spernere non est ausa, quippe cum timeret ne deus pro simulacro suo sagittas in ipsam dirigeret. Neque tamen Veneris filium tantopere timet, quam Praxitelis Cupidinem, cujus matrem artem esse novit. *Jac.*

CCLX.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἥρακλες, ποῦ σοι πτόρθος μέγας, ἥ τε Νέμειος
χλαῖνα, καὶ ἡ τόξων ἔμπλεος ἰοδόκη;
ποῦ σοβαρὸν βρίμημα; τί σ' ἔπλασεν ὧδε κατηφῆ
Λύσιππος, χαλκῷ τ' ἐγκατέμιξ' ὀδύνην;
ἄχθῃ γυμνωθεὶς ὅπλων σέο· τίς δέ σ' ἔπερσεν;
ὁ πτερόεις, ὄντως εἷς βαρὺς ἆθλος, Ἔρως.

CCLXI.

ΕΡΥΚΙΟΥ.

Α. Βουκόλε, πρὸς τῶ Πανός, ὁ φηγινός, εἰπέ, κολοσσὸς
οὗτος, ὅτῳ σπένδεις τὸ γλάγος, ἔστι τίνος;
Β. τῶ λειοντοπάλα Τιρυνθίω. οὐ δὲ τὰ τόξα,
νήπιε, καὶ σκυτάλην ἀγριέλαιον ὁρῇς;
Α. χαίροις Ἀλκείδα δαμαληφάγε, καὶ τάδε φρούρει
αὔλια, κὴξ ὀλίγων μυριόβοια τίθει.

